



**Defensio aduersus axioma catholicum, id est criminacionem  
R. P. Roberti Episcopi Abri[n]censis, in qua is impiae  
nouationis in cunctis Ecclesiae cum dogmatis, tum ritibus  
peculiariter aut circa Sacrosanctum Eucharistiam importune  
accusat, quotquot Christi doctrinam sectari student, ab iis  
hominum commentis, quae cum illa pugnant, repurgatam ...**

<https://hdl.handle.net/1874/423851>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Oct.

117









117

N. 28. A

# DEFENSIO

ADVERSVS AXIOMA CATHOLICUM, id est criminacionem R. P. ROBERTI EPISCOPI Abrincensis, in qua is impiæ nouationis in cunctis Ecclesiæ cum dogmatis, tum ritibus, peculiariter aut circa Sacrosanctam Eucharistiam importune accusat, quotquor Christi doctrinam sectari studet, ab ipsis hominum commentis, quæ cum illa pugnant, re purgatam.

*Ex dono Benzelii*  
HIC VIDEBIS CHRISTIANE LEctor, nos nihil prorsus uel in doctrinam, uel ritus Ecclesiarū nostrarū admisisse, quod non pulchre conueniat, & cum scriptis orthodoxorum Patrum, & cum obseruatione Ecclesiæ catholicæ.

PER MARTI. BVCE.

CATALOGVS BORVM  
de quibus hic disputatur, est in sequenti pagina.



- 1 Defensionem nostram in publico admittendam.
- 2 Quid catholicum, quidue faciat hereticum.
- 3 In quo iustificatio.
- 4 De gratia, libero arbitrio, & meritis.
- 5 De operibus supererogationis.
- 6 Desatisfactione pro peccatis.
- 7 Quid ualeant aliena merita.
- 8 Quid propriæ fides, an ea admittat incertitudinem.
- 9 De intercessione diuorum.
- 10 De uotis.
- 11 De Missa.
- 12 De imaginibus.
- 13 De Eucharistia, & primum defensio M. Lutheri, deinde eorum quos facit aduersarius Berengarianos.

REVERENDIS. DOMINO AN-  
tonio à Prato Cardinali & Legato  
C A N C E L L A R I O Fran-  
cīe M A R T I N V S B V  
C E R V S . S . D .

**E**ximiam ingenij acrimoniam, mirificā  
obeundi publica negocia dexteritatem,  
deniq; singularē in regnū uestrū pietatē:  
magno tibi consensu tribuunt non diues modo,  
sed etiam peregrini, quibus fuit quod tecum tra-  
etarent. Hisce dotibus tuis tam præstantibus fre-  
tus, & quod Cancellarij, hoc est, summi præsi-  
dis iustitiae & æquitatis munus administras in  
hoc regno: quod cum multis modis florentissi-  
mū hodie sit, Christianissimi quoq; titulo pñs  
hominibus suspiciendum merito haberit debeat:  
te præcipue delegi, cui patrocinium deferrem in-  
nocentiae, non meae solum, sed multorum iuxta  
principum & ciuitatum: imò doctrinæ Christi,  
quam synceram & illibatam profitemur. Euul-  
gauit em nuper in nos librū, Robertus, Abrin-  
censis Episcopus, ordine & origine Parisiensis  
(hunc sibi ipse titulum fecit) in quo accusat extre-  
mæ impieratis & peruersitatis, quodamq; con-  
victorum ac maledictorum omne genus quasi  
oceano adobruit, omnes eos: qui tamen nihil cō-  
ipsum Euangelium Christi, sed repurgatum ab

A 2

DEFEN. DOCT. CHRIST.

ijs pseudoecclesiasticorum commentis, quæ illi modis omnibus aduersantur, sectandū suscep-  
runt. Inter quos sunt aliquot clarissimi īdemq;  
religiosissimi principes, & Res publicæ pietatis

**Ad quos**  
**huc crimi-**  
**natio per-**  
**tineat.**

& humanitatis nomine admodū celebres. Eos dico, qui coram Serenissimo atq; inuictissimo Principe Carolo. V. Rom. Imperatore, Rege ca tholico, & omnibus S. Romani imperij proce ribus Augustæ Vindelicorum in comicis, ædi tis utracq; lingua libellis, hoc ipsum Euangeliū Christi confessi sunt. Peculiariter quidem me im petit hic Episcopus criminoso illo suo libello, fa citq; Berengarianæ hæreseos instauratorem, ac simul nullo nō impietatis ac uelaniæ genere per ditissimum: iuxta ramen q; saeuissime inuehitur in eos omnes, qui non Romani Pontificis & uul gi sacrificiorū omnia, alba quod aiūt amussi, recipiunt, obseruant, adorant. Hos uir claris sime uniuersos, non me solum, inauditis, & reli gioso animo multo grauissimis criminacionib<sup>9</sup> importunissime exagitare, proscindere & dilace rare hic Episcopus in animū induxit: hos ipsos ego defendēdos hic suscepi, non me ipsum, imò ne hos quidem: sed causam ipsam. doctrinam

**Quid hic  
defendatur**

quam ego cum quām plurimis, synceram & or thodoxam profiteor, quamq; illi principes & Respub. ut indubitatam Christi doctrinam am plexi sunt, & sequendam sibi proposuerunt. hęc enim doctrina id unū est, cuius causa & in illos,

& in

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

& in mesic grassandum, sic debacchandum sibi  
Episcopus hic putauit. Ineptus quidem ego pa-  
tronus, si consyderes, quæ uel mihi est dicendi  
inopia, uel eorum pro quibus dicendum, ampli-  
tudo & pspecta religio. At quia causa ipsa quæ  
hic agitur, non in sermone, sed uirtute Domini  
nostrri Iesu Christi consistit: quam pater coelestis  
sapientibus & prudentibus solet abscondere, re-  
uelare autē *τοῖς νηπίοις*, id est, carne pueris &  
infantibus. ad quam agendam Deus ab inicio  
non multos sapientia & eloquentia præstan-  
tes, sed pescatores & imperitos sermone, quicq;  
mundo huic plane pro stultis habentur, delegit:  
cōfido de bonitate & misericordia domini Iesu,  
ipsum suæ causæ, etiam me agente, haudquaç;  
defuturum: ut cuncti ad istiusmodi actionem ido-  
neus sum minime: non id quidem ob penuriam  
eruditionis & facundiae, quæ penuria in hac cau-  
sa minimum, immo nihil officit, sed nimiam cum  
fidei imbecillitatē, tum studij uitæ sanctioris re-  
missionem. At cum uisum sit ei, qui operatur o-  
mnia in omnib⁹, & id optime, ut hic Episcopus  
me nominatim prouocaret. sibiq; ea præcipue  
incepsenda & crimināda desumeret, quæ ego ad  
elucidandam Christi doctrinam uicuntur inele-  
ganter, uere ramen & pie scripsi; spe sum bona,  
eundem etiam in hac causa, elegisse stulta mūdi,  
ut eos qui sibi uidentur sapiētes, confundat: in-  
firma, ut pudesciat fortia. Scio namq; & ego,

Quo nīl  
tur defens  
sio.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

qualis qualis sum , gratia Domino nostro Iesu Christo , cui credidi , noui eius esse doctrinam , cui me addixi : certus sum in huius me administratione hoc quærere , ut ipse quām latissimere gnet , hoc est . ut ipsum seruatorem , quām plurimi experiamur . faciet ergo iuxta promissionem suam , ut quo minus alijs uti possum præsidij̄s , ipse suum hochbenignius adflet spiritum , qui in hac defensione mentem sic informet , uerba idonea suppeditet , instituat & moderetur omnia : quo n̄j , qui student facere uoluntatem patris , qui quæ Christi sunt , non quæ sua quærunt , eoq; iudicare de doctrina Christi ualent , nullo negotio intellecturi sint , quamlibet imperitus ego , & ineptus ad agendū , eos , quos hic Episcopus inter minima crimina & maledicta , amentes , imp̄js doctrinis perditos , hæreticos , ecclesiæ Christi desertores & hostes appellat : nihil q; ea Christi dogmata agnoscere , profiteri , sectari , quæ nos sacrosancta ecclesia Christi à prima etate docuit : quæ nemo q; Christianus haberi cupit , non profitetur , quæ in ipsis sacrī literis sic extant , ut pueris quoq; orthodoxe institutis , decatata sint . Sic uero cum res nostræ habeat , quo minus est opis , minus fiduciae , extra causam & fauorem domini nostri Iesu Christi : hoc plus beneuolentiæ mihi debebunt , qui Christi esse uolunt . Ordine & origene Parisiensis est , aduersarius , hoc , est , ut equidem hunc , quo se ipse insigniuit , titulum

CONTRA ROB. EPIS. LBRIC.

Quibus a  
miniculis  
excita cau-  
sas acutis.  
tus freatur.

Iū intelligo, Parīsījs & natus , & literis institut⁹. Hęc uero urbs aliquot iā sęculis id esse multis creditur, quod erant olim Athenæ, imò qđ Hierosolyma . sacræ namqe scientiæ summam sibi autoritatem vindicant : & quasi Rei. pub. Christiane nomophylaces & Areopagite qui hic regnāt Theologi, haberi postulant. Iam ad hos titulos, plurimis minime inanes, accedit tantum non adoranda Episcopalis insula. Et parum hęc omnia, Pontifex Romanus & summus , cæteri primores Ecclesiarum præsides, præcipui quoque & reges & principes, & ut uerbo dicā, quicquid pontificis summi expertit oscula pedū, qđ sane infinitum est, in ea ferme sententia sunt, ut si quid librorum aut doctrinæ Parisini Theologinarent erroris , eos illico certo cōdemnatos habent, nefariumqe iudicent, si quis eorum , quæ illi infamarunt, defensionem meditetur . Nos autem contra , sicut uolente domino nos cum Apostolis suis, quanqe fide & innocentia illis nimis impares, excremēta mundi , & omnium reiectamenta facere, & agentibus id quibusdam hominibus, qui sibi cum Ecclesiarum luculentissimis damnis, & præsumum uerissima ignominia, sua cōpendia & glorioſos titulos quæſierunt, eo loci uenimus, ut maxima hominū pars simul atqe nomen nostrum audiunt, existiment ambas sibi aures obturandas : cœlum quoqe infici si de nobis, in bonam dumtaxat partem , uerba fiant;

Quā inq  
fors hic re  
orum.

DEFEN. DOCT. CHRIST;

solos dignos putent, quos accusent, cōdemnēt,  
perdant omnes: audiat, defendat, & pro innocē  
tia nostra nos adserat nemo. Vides uir cordatis  
sime quām inique comparati simus: accusator  
tam ubiq̄ gratiosus, tanta apud homines pro  
se autoritate subnixus, tantis fretus contra nos  
praeiudicij. nos uero nō iam rei, utpote de quo  
rum re discepitur, sed antea condemnati quam  
accusati: quos tanta orbis portio indignos iudi  
car, qui audiamur, quid: qui pridem quam plu  
rimis habemur sacri & intestabiles. Sed eam cot  
tidie experiris hominum peruersitatem, eam ad  
calumnias cum credendas, tum excogitandas,  
facilitatem: sic perspectam habes ordinis cum  
Theologici, tum Ecclesiastici sanctimoniam, ut  
non dubites fore longe iniquissimum, si quis ad  
horum accusationē, tam prēclaros principes &  
Respub. in auditos, & indefensos, condemnan  
dos existimet: aut à defensione repellendos. De

Quæ fortu  
na cause  
Christi in  
hoc seculo.  
niq̄ quis Christo uere deditus ignoret, ingeniu  
pietatis, sic esse, ut in mundo, qui semper Deum  
odio habet, & in malo toto positus est, nihil au  
diat peius, nihil hominum odia incurrat graui  
us, nihil diriore dignum persecutione & crudeli  
tate iudicetur. idq̄ non modo in me & meisimi  
libus, qui grauiter etiamnum cum uitijs & pec  
catis luctamur, sed in ipsis quoq̄ sanctissimis do  
mini uatibus, Apostolis, & filio Dei ipso: Sed  
& hoc nulli uere credentium Christo non com  
pertum

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

pertum tan toinpietatem ferri furore, non quise  
de hoc mundo esse fatent: sed qui in regno Dei  
primi, non ipsis modo , sed tantum non toto or  
bi adorantur . Huius certe erant existimationis,  
qui occiderunt Apostolos, qui crucifixerunt do  
minus Iesum Christum . Magna itaq; necessi  
tas, ut nunc passim & docetur & uiuitur, etiam  
apud doctissimos & sanctissimos , ut illi uulgo  
habentur: mentem omnem à dignitate persona  
rum, in ipsam quæ agitur, causam, cōuertendi,  
& si in uila alia , in hoc summopere elaborare,  
quæq; huc facere possunt, maximo studio com  
parare & promouere, ut quid in ea meriti sit, pe  
nitus tandem cognoscatur. Non hic multorum  
opes, non fama , non uita deniq; corporis: sed fa  
cultates uitæ beatæ, nomen inscriptum in cœlis,  
uita deniq; æterna agitur . Sic quoq; in omnem  
uitam mortaliū errores irreplerunt: eæ inua  
luerunt tenebræ, sic fermentata, confusa, & per  
turbata sunt omnia, ut nemo profecto monitor  
contemni debeat. In supremo nauis periculo,  
quis non aduocatur in consilium , in deploratis  
mortis quis non rogatur remedium ? militiæ,  
ubi res desperatæ sunt, quis tam gregarius, quis  
adeo tiro , quem fastidiant monitorem summi  
etiam duces? Ergo causa ipsa pietatis & ingenii  
eius : labes istæ & corruptelæ , quæ in primis  
quoq; Ecclesiæ ordinibus tam palam extant: tā  
miseranda ueræ religionis ubiq; & ruina, & pe

DEFEN. DOCT. CHRIST.

riculum, in hac graui dogmatum concertatio  
ne: quæ deniq; hic legis, quanq; inconcinna, tñ  
ueritatis indubitatem, moueāt te & Cancellariū &  
Cardinalē: ut id iuris nobis in Gallia uestra, quæ  
religionis & æquitatis nomine multis sæculis  
optime audīt, impetrare studeas: qd nullis quā  
libet etiam extremorum scelerum dephensis &  
manifestis, uel apud Barbarissimas gentes, nega  
tur: ut nimirum & nostra, ad tam diras, nec mi  
nus falsas Episcopi huius criminationes legi  
publice possit defensio. Quid enim foret iniqui  
us, quid à laudibus Galliarum æque alienum,  
quid magis indignum titulo Christianissimi re  
gis, quam licere huic Episcopo, tot principes &  
Res publicas, eundem Christum adorantes, &  
ob id cœlesti cognitione uobis fratres: deinde ci  
utilis etiam societatis arq; fœderis confortes: nā  
Rex christianissimus hos quoq; principes, &  
Res publicas amicos & confederatos appellat,  
eiusmodi criminiibus, quibus perniciosa &  
atrociora ne fingi quidem possunt, appetere,  
idq; non apud Galliarum modo, sed totius Eu  
rope iudiciuin: & id omne tam procul ab omni  
ueritate, imo ueri specie, quam summa & incō  
parabili cum immanitate: ipsis uero fratribus,  
cominembris, amicis, & confederatis, negari  
locum defensionis tam uerę, tamq; religiosę, q  
necessarię. In qua si quid uani, si quid impñ ad  
miscerimus, inprecamur iam ipsi nobis, ut  
Deus

Defensio  
hec nihil ha  
bet prauo  
rum dogmatū

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Deus perfidiæ admissæ in causa nō nostra, sed  
sua, qua nihil ulciscendum grauius, poenas eo  
exemplo sumat: ut toti orbi monimēto simus,  
in causa ueritatis ex uero agendi, & in negocio  
religionis profani nihil admiscendi. Ne desit au-  
tem iusta uobis cautio, non postulamus, ut hæc  
nostra defensio in publicum, non dum à uiris  
uere p̄n̄s & iudicare in his ualentibus, excussa &  
explorata p̄deat, ita ut crudelissima & impien-  
tissima ista Episcopi accusatio erupit: legat antea  
& iudicet à p̄n̄s doctisq; uiris, h̄s, quibus est ali-  
quis numinis metus, apud quos ualet studium  
aliquid Dei, quibus est nonnullum de rebus  
Christi iudicium: qui non ex omni uita sua ipſi  
de se dare testificantur, quod quæ Dei sunt, non  
ignorant modo, sed ne ferre quidem possunt:  
ei scilicet uiuendi instituto mancipati, quod ne-  
mo non uidet præceptis Christi modis omnib⁹  
aduersum & repugnans. Verum enim uero ubi  
uos uideritis hic nihil non ex sententia dominii  
nostrī Christi dici, nihil non syncerum, germanoq;  
Christianum afferri: & quæ forsitan adhuc  
disputant apud aliquos, sic proponi modeste,  
sic expendi religiose, ut inde nemo non ad sim-  
plicissimā Christi cognitionū inuitetur: tum qd  
non modo absq; noxa, sed cum certa pietatis ac  
cessione à bonis p̄n̄sq; uulgo legi posse iudicaue-  
ritis: id ne arceatur publico, neu bonorum lecti-  
one interdicatur, pro uiribus obsecro des op-  
ram, factu

Probantur  
hec ante q̄  
a vulgo per  
mittantur.

DEFEN. DOCT: CHRIST:

ram: facturus eo indubie qd debes Christo domino , quem qui etiā in minimis eius , quorum in hoc sæculo οὐδεὶς λόγος , nō agnouerit , coluerit: hūc ipse quoq; negabit coram patre suo . Debes hoc æquitati quorūlibet animis impres-  
sæ , quæ reo plus etiam fauoris quām accusato-  
ri deferre suadet . Debes nomini & existimationi regis Christianissimi , cui quid accidat indignius & æque pudendū , atq; repellī in eius regno à de-  
fensione amicos & confederatos . & eos , tam  
sæua & importuna , nec minus conficta & men-  
daci criminatione impeditos : idq; in causa religi-  
onis , qua nulla potest esse maior . Debes id & di-  
gnitati tuæ , splendoriq; muneric tam præellen-  
tis . Debes deniq; hoc ipsi humanitari , quæ cum  
nihil humani à se alienum ducit . haudquaq; pu-  
tabit negligendā , & famam & salutem tot prin-  
cipum & ciuitatū , quæ hic Episcopus in grauissi-  
mum discriminem adducit . Hoc uero quod toties  
commemoro , nec patior hanc priuatim meam  
causam esse , sed facio eam , ut profecto est , tam  
multorū , ne inde esse suspiceris , q; uel postulem  
multitudinis apud te rationem haberi , quā mo-  
do confessus sum deteriora ferē sequi: aut quod  
causæ diffusus , in multitudine simul errantium  
mihi quæram latibulum: uel certe cupiam fulgo-  
re magnificorū nominum , quo minus mea cer-  
natur impietas , oculos uobis prestringere . Hæc  
ipsa certe Apologia fidē tibi faciet , nihil me sen-  
tire ,

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

tire, nihil docere, nihil admittere, quod non sicut  
in diuinis scripturis aperte continetur, ita diserte  
confessi sunt, æditis utraq; lingua suæ confessi-  
onis huius libellis, principes & ciuitates: illi, qui  
hodie inter Germanos à traditionibus Pontifi-  
cjs, ad puriorem Christianismi obseruantiam  
concesserunt. Vere igitur non tam meam hanc,  
quam omnium istorum causam defendendā su-  
scipi, una fides est, eadem de religione sententia,  
cōmune periculum. Si iam p̄hs uel unum quem  
libet abiectū hominem affici iniuria abominan-  
dum, quid eis esse debeat, ubi adeo intolerabili-  
bus iniurijs atq; calumnijs petuntur tam multi,  
& inter hos minime pauci, quos dominus in eū  
locum euexit, ut maxima hominibus cōmoda  
attulerint, & etiamnum adferant. Istuc optarim  
per te Galliarum proceribus in hoc inculcari, ut  
iustum tandem admittant causæ nostræ cogniti-  
onem. nec usq; fatis habeant, damnari inauditos  
nos, indicta causa, ab ihs: quos facile uident, q;  
sint à regno & studio Christi alieni. Eundem u/  
trinq; Christum inuocamus: ut ergo quæ uera  
sit & germana Christi religio, solide demum ab  
omnibus cognoscatur, quid nō tentandū, quid  
non moliendum: ab ihs dumtaxat, Christo qui  
uere studēt. Nos sane nec à uobis, nec alijs ortho-  
doxis ulla ex parte recessimus: in ihs, quæ Chri-  
sti sunt, id quod ueri Christianismi hostes falsi-  
sime criminantur, uicia modo & labes, quæ per  
illos

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Sinodum  
petimus.

illos Ecclesiis & toti sacrorum mysteriorum ad  
ministrationi oblata, nemo bonus non deplorat  
nihil prorsus, quod recte & ordine in ecclesia cō  
stitutum est, delinare studemus. Synodi, sed ad  
modum pristinum, ueramq; rationem coactæ  
remedium, boni omnes nobiscum tot iam sœcu  
lis implorant, sed adhuc frustra . In hoc ergo  
ut incumbatis, quo graui ac severa aliquando  
instauratione misere adeo collapsis Ecclesiæ re  
bus, consuleretur: id uero est, quod quærimus,  
quod satagimus, quodq; unice in hac defensio  
ne spectanus. Huius uero quæ uos adeo, aut ali  
os cura subeat, si illis titulo tenus Ecclesiarū cu  
ratoribus, summa rerū ecclesiasticarū permissa,  
ipſi de omni Christianæ rei constitutione securi  
ſitis: & interim iniquissima illa pseudotheologo  
rū & Episcoporū contra nos tantū ualere ſive  
ritis præiudicia, ut religio ſit noſtrā causam co  
gnouiffe: perſuadumq; ſit & uulgo, & quibusq;  
optimatibus & principibus, pauculos modo  
& obſcuros quosdam homuntones impietatis  
ceſtro percitos, quæcunq; in Ecclesia recte & or  
dine cōſtituta ſunt, nefarijs & impijs, nec minus  
infanis quibusdam commentis conuellere, con  
traq; Deum ipsum, cælites & terrigenas omnes,  
ut hic Episcopus ſine fine & modo uociferatur,  
ſatanico auſu belligerari? Ipsiſ itaq; ratio pietatis  
compellit, ut nihil non moueamus, quo bonos  
religiososq; uiros, quibus omnino licet rationi  
bus

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

bus, huc incitemus, ut cognosci publicitus  
queāt, quæ nā illa sunt, quæ nomine doctrinæ  
Christi recēpimus: quæ illa religionis nouatio,  
cui⁹ nos tam multi traducūt. Cūq; apud omnes  
cordatos non abs re plurimū momēti habet, ut  
rem cognoscere sustineāt, si eam uideāt, & mul-  
tis & bonis curæ esse: si ad plurimos, eosq; pre-  
stantes & eximios pertinere animaduertant.

Atqui hæc sola mihi ratio est, uir amplissime,  
cur id q; non paucorum, nec uulgarium hæc,  
quām institui, defensio sit: quamq; late pateat  
multosq; contingat hæc quam suscepi causam,  
diligenter adeo commemorare uisum est. Facer  
go, qui Christo domino omnia, tantq; germanie  
portioni aliquid iure deferas: qui hoc mun⁹ ge-  
ris, ex quo præcipue tibi incūbit in bona causa  
laboratib⁹ adesse: fac inq; ut pateat ad cogniti-  
onē honorū in Gallijs aditus, his quæ pro ipsa  
Christi religione, proq; innocētia tā multorū,  
quos nemo Christi spiritu prædictus, non in pre-  
cio habuerit, si eos nouerit, ne dum ad defensio-  
nē tam piam quam necessariam admiserit, adfe-  
ram, simplicissima in omnibus ueritate & fretus  
& usus. Adduci adhuc rex christianissimus se  
passus non est, ut citra legitimam totius caussę  
nostrę discussionem nostri condemnationem  
ratam haberet, se seq; executorem eius præsta-  
ret: quantumuis id extorquere ab eo n̄ moliti  
sint, q; suo iure se imperare illi quiduis posse exi-  
stimat

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Aequitas  
regis. /

stimant. suopte quoq; ingenio detestari haud les-  
uiter fertur omnes eos, qui fruolis istis Theolo-  
gorum uestrorum p̄aejudicijs, imo calumnis,  
quemq; hæreſeos criminē infestare audent: hinc  
nobis spem firmamus, si tu modo probe anni-  
xus fueris, regem, ingenio alioqui æquo & hu-  
mano, minime grauatim admissurum, ut in re-  
gno suo sicut impune legitur, quam Abrincen-  
sis ille in amicos & confœderatos eius falsissi-  
mam scripsit criminationem: ita libere quoq; le-  
gi possit, quam ueram & religiosam hic pro eis  
dem offero apologiam. Dominus uero id do-  
net, cum tibi consulere, tum regem concedere,  
quod ut in ipsius gloriā, ita & in uestram salutē  
fuerit: nobis quicquid euenerit ad salutem coo-  
perabitur: abunde tutis, quicquid totus orbis  
moliatur: dum ipse, cui pater dedit potestatem  
omnium, caput nostrum fuerit. Quod nostri of-  
ficij est, ne quæ eius sanctissima dona sunt, uel  
in nobis, apud uos male audiant & fastidiant,  
ne dicam, id quod iste audet Episcopus, blasphe-  
mentur, & durissime deuoueantur, cauere cupi-  
mus: & in hoc operam nostram adhibere, ut  
Euangelio Christi rite cognito, quotquot eius  
sumus, in ipso undiq; cōspiremus. Stat uero fun-  
damentū illud, Dominus nouit, qui sunt eius:  
& recedat ab iniuitate quicunq; inuocat no-  
men Christi.

Defensionem uero hanc sic partiar, initio &  
per

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Partitio de  
fessionis.

per omnem libellum suum criminatur nos Episcopus, defectionis ab ecclesia Christi, & eius furoris, ut semel euertere diuina iuxta & humana conemur. hoc igitur crimen secessionis à corpore Christi, & in regno eius seditionis primū depellam: ostendamq; nos etiamnum cum omnibus Christo uiuentibus esse per omnia coniunctos, obedientiæ Ecclesiastice nulla in re nos subduxisse, nihil in dogmatis uel ritibus impie nouasse: excepto q; eo solo, q; proh dolor nōseueriter satis & studiose uitam nostram iussis Dei conformem exhibemus, in nullo nos ab institutis Christi & Ecclesiæ deflectere. Hoc ut caput est Episcopalis criminationis, quod per omnem accusationem accerrime urget, ita primo loco expedi am: & ea causa, quæcunq; hodie sacrorum dogmatum & rituum controuertuntur, excutiam, nostramq; de eis fidem cum explicabo: tum congruere cum sententia omnium orthodoxorum demonstrabo. Deinde satisfaciam de eo, quod nominatim intendit, & de quo titulum suæ criminationi fecit, insigniens nos, nota impietatis non Berengarianæ, ut ipse uocat, sed profecto in auditæ: hoc loco simul exponam, & id fide optima, qdnam sentimus & docemus de hoc sacro sancto mysterio diuinissimæ Eucharistie, de uera ueri corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi in sacra coena præsentia & manducatione. Hic eiusmodi mendacij & calumnij in inuis

B.

DEFEN. DOCT: CHRIST.

diam nos hic Episcopus trahere molit, ut quod  
magis uane, æquæ insidiose, & crudeliter scrip-  
tum sit, legerim' nihil, nullo in loco nostra ita ut  
habent, uel citat uel intelligit, & si quod mireris,  
mea etiam uerba suo libello inferuerit: omnia p-  
uertit & transformat, plurima affingit, & quæ  
non nisi ab ipso Satana confungi potuerunt, ho-  
rū nos facit autores & adsertores, inde in nos,  
tanq; horum omniū conuictos & manifestos,  
ita debachatur, ita furit, ut non in Sorbona, sed  
apud ipsas furias institutus, uideatur, hisq; ipsis  
agitari quantus est. Tertius locus breuem habe-  
bit responcionem ad infinitam conuictiorum &  
maledictorum farraginem, qua libellum suum  
sic obruit, ut si conuicia & maledicta libro isti ex-  
imas, reliqua facile unus quaternio paginarū  
comprehenderit: cum libellus constet sex & se-  
missi.

Ista sic exequi studebo, ut meminisse uidear,  
me Christianum ad Christianos scribere, & cau-  
sam Christi apud eorum tribunal agere, Chris-  
ti gloriam qui ex animo quærunt, nec etiam  
oblitus esse, me rem habere cū aduersario, qui  
habetur Episcopus, Huic nomini & loco deferā  
quod debeo, utcumq; ipse se non solū quid Epi-  
scopum, sed ne quid hominem Christianū, imo  
tolerabilem Ethnicum deceat, multum pensi ha-  
buisse, nimium clare restetur. Equidem nihil un-  
quam de hoc omine audiui. quo ingenio, qui  
bus mo-

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

bus moribus prædictus sit:qua deniq; apud bo-  
nos existimatione.Literarum studium maius q;  
Theologi Sorbonici hactenus soliti sunt, præ-  
se fert:sed eiusmodi tamen ,ut eum ex hoc ordi-  
ne esse facile agnoscas. Subinde excidunt, quæ  
animum uidentur indicare à solida pietate mini-  
me abhorrentem:sed nimia illa confidentia dā-  
nandi ea, quæ non dum, qualia sunt cognoscere  
rite instituit, mentem simul prodit ad id non dū  
roboratam, ut pondus nominis Theologici, &  
on<sup>o</sup> infulæ Episcopalis sustinere ualeat. Sed quic  
quid sit de animo huius Episcopi, Domini est  
hunc iudicare, nobis ex dictis factisq; æstimari  
debet. Ut uero & ea ipsa mihi perspecta nō sunt,  
excepto hoc uno scripto , totum hominem Do-  
mino & Ecclesiæ iudicandum relinquam: & cū  
non ignorem etiam eos quos dominus haber  
singulariter charos, eo interdum temptationis p/  
trahi:ut quæ Christi sunt, zelo Christi, sed qui  
præter scientiam est, acerrime persequantur:ita  
libet isti nostro plus nimio licet acri, & plane im-  
portuno aduersario, hoc in nos scriptū, quam-  
libet imitane, q; humanissime tamen interpre-  
tari: nihil accipere iniquius , nihil exaggerare,  
perq; omnē nostrā defensionē sic eum tra-  
ctare, ut quem credamus quærere dominum, ef-  
secq; sanabilem:non nostrā enim, sed Christi cau-  
sam agimus, ipsiq; inservire ad id , ut quærat &  
seruet quod perijt, instituimus , non id spectan-

DEFEN. DOCT. CHRIST.

tes, cognoscatur q̄d innocentes nos , sed quae ue  
ra sit & germana Christi doctrina , certumq; il  
lud Euangelium , quod est uirtus ad salutem  
omni credenti. Ipse Dominus hoc institutū no  
strum, quod dedit hoc animo suscipere, regat &  
tueatur, idq; quod ex eius sententia dicimus,  
sic intelligi quoq; & recipi à suis largia  
tur. Ei omnis gloria, & imperium  
Amen: quem sedulo precamur  
te sibi totū addicat, suæq; glo  
rię inseruire faciat, que una  
& summa est fœlicitas .

ARGENTORATI VII.

Calendas Septembbris.

AN. M. D. XXXIIII.

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

**P**RIMO ergo de crimine hærefoes & defensionis ab Ecclesia Christi: hoc, cum nobis accusator hic noster ubique scripti sui, immanissimis sane uerbis impingat. in nuncupatoria Epistola sua ad Senatum populumque Rothomagensem, hoc nos orbi commendat elogio.

Nunc inquit eousque hæreticorum (hic inter ministores titulos est, quibus nos iste Episcopus insignit) processit audacia, ut omnia sacra prophetare (si possint) audeant. Nunc suas attollunt cristas, nunc demon cornua sumit. Olim insidiabatur diabolus ut draco: nunc rugere incepit ut leo. Et post quædam. Iam emque quid non audebat nostri sæculi hæreticorum rabies furibunda: quæ nec uiuis parcit, nec mortuis: cœlites enim simul ac terrigenas omnes, supos & inferos, uiuos cum mortuis, uno mucrone confodere enititur: dum suffragia defunctis, honorem superis, ecclesiæ obedientiam, sacris libris interpretationem auferre contedit: sola interim capit is somnia, & ea quidem uanissima colunt, amplectuntur, uenerantur, adorant. omnia confundunt, omnia per uertunt. Denique cœlum terræ miscent, & mare cœlo. Et ne quid intentatum relinquant, ipsi deo summo in faciem resistere nituntur: qui corpus Christi sacratissimum in simulacrum aliquod, ueluti quanda effigiem & Idolum, sub typi & figuræ nomine commutare non erubescunt. Ad

Verba crit.  
minatoris  
Episcopi.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

extremum si nō resistitur illis , montes & maria,  
ac terras, cœlūq; profundum, quippe ferant ra-  
pidi secum, uerrantq; per auras, ut de uentorum  
effrenata rabie scripsit Latinus Homerus . Et in  
præfatione ad Berengarianos ( hanc appellatio-  
nem nobis peculiarem facit . ) Illud autem mira-  
bile est, & nullis omnino auditum s̄eculis, q; uos  
nestra t̄m temeritate freti, nec cōsulta nec audita  
Ecclesia, cuius mēbra eratis , om̄es eius sacratos  
rit⁹ euellere radicit⁹ attr̄astis, & funditus auerte-  
re, sine foro , sine tribunali, sine parte, sine iudice.

Sic tractamur, qui in domino Iesu fratres su-  
mus, qui uobis inter amicos & cōfoederatos nu-  
meramur: idq; ab Episcopo , quem præ alijs de-  
cer esse humanum erga quoslibet, idoneum &  
studiosum ut doceat : sic comparatum ut malos  
ferat, & erudiat cum m̄ſuetudine .2. Timoth.2.  
Sed forsitan hic sibi nihil duri , nihil imm̄ſueti di-  
Summa cri-  
minacioniscere uidetur, dum nos criminatur, & id tam fal-  
so, prophanare omnia sacra, idq; sumptis corni-  
bus & ferocia leonina mali dæmonis : rabidos,  
furentes , nec uiuis nec mortuis parcere, cœlites  
& terrigenas omnes , superos & inferos , uiuos  
& mortuos uno conari gladio confodere. suffra-  
gia defunctis, honorem superis, Ecclesiæ obedi-  
entiam , sacris literis omnem interpretationem,  
auferre conari, sola interim capit⁹ somnia, & ea  
quidem uanissima colere , amplecti , uenerari,  
adorare, omnia confundere , omnia peruertere,  
deniq;

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

deniqe cœlum terræ miscere , & mare coelo. ipsi  
Deo summo in faciem resistere , corpus Christi  
sacratissimū in simulacrū aliquod , ueluti quan-  
dam effigiem & idolum , sub typi & figuræ no-  
mine commutare , hisqe agitari furīs: ut si nobis  
non resistit , montes & maria , ac terras cœlumqe  
profundū ablaturi rapidi simus , uerrituriqe per  
auras . nos enim omnes sacratos ritus Ecclesiæ  
euellere radicitus attentare , & euertere funditus .  
Ad hūctā religiosi Episcopi classicū quod aliud quod  
totus in nos orbis armari debeat , adqe oppri-  
mendā tantā pestem , rerumqe omniū erynnim  
insurgere , quicquid uspiam mortalium est .

Sed uideamus , quod in nos ista tam inaudita &  
furialia maledicta cōpetat . Christiani id domini  
sui sequentur . ex uerbis tuis iustificaberis , & con-  
demnaberis . Affirmamus ergo in domino , & at-  
testantibus , quotquot nostra cognouerunt , oīa  
ista crimina esse uanissima , & nulla prorsus cau-  
sa , quæ quidem à nobis extiterit conficta . Nulla  
sacra prophanamus , nulos superos uel inferos  
cōfodere quærimus , nihil cōfundimus uel euer-  
timus : quod sit ab Ecclesia quidem Christi consti-  
tutū : sed quęcumqe tradita sunt diuinitus , quicqed  
unqe Christi ecclesia , aut recepit , aut instituit , his  
simplici inhæremus corde , & fide certa . Huius  
ut fidem faciamus , ipsi hic bonis omnibus con-  
fitebimur , quæ sit de omni nobis religione sen-  
tentia , quidue nouandum duxerimus .

Generalis  
purgatio.

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

Confessio  
fidei nostræ

Obseruan/  
sia maiorū

Principio dono Christi firmiter assentimur omnibus quæcunq; sacer ille diuinorum Bibliorum canon complectitur: idq; ad sensum omnium ortodoxorum, omni procul falsa interpretatione repudiata. Nullum est in Ecclesia receptū fidei nostræ symbolum, cui non in omnibus in hæreamus. Deinde quæ religionis nostræ dogmata nobis à Nicena, alijq; sacrosanctis synodis, illis uetus, tradita sunt, item quæ leguntur apud Tertulianū, Cyprianū, Ambrosium, Hieronymū, Augustinum, Chrysostomum, Cyrilum, Nazianzenū, & quicquid est maiorū gentiū patrū. Postremo etiā quæ isti viri Dei in sacras literas concorditer scripserunt, Ecclesiae in eo sententiam, imò spiritus sancti exponentes, hæc inquam omnia sacro sancta habemus: ubi uero illi ut homines inter se ipsi uariant: illos sequimur, quos licet agnoscere sensum scripturæ sum certius esse consecutos.

D. Augustinus inter scripta Canonica, & aliorū, quanlibet illi sanctitate, quātuae doctrina polleant, hoc interesse putauit, illis ut in omnibus fides simpliciter accommodanda sit, cuncta penitus dubitatione seclusa: his autem non quia ipsi ita senserunt, & docuerunt, sed si quod sentiunt, uel per autores canonicos, uel probabilem rationem persuaserint. imò licere salua quæ illis hominibus debetur honorificentia, improbare etiam atq; respuere, si forte inuenierimus aliter sensisse

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

sensisse, q̄ ueritas habet, diuino adiutorio intel-  
lecta, uel alijs, uel nobis ipsis. Hæc uere diuina  
sententia ita recepta est, ut inserta sit decretis Pon-  
tificis Dist. 9. Quis ergo uir pius dumtaxat, cri-  
mini det, hanc si sequamur?

Quis carbo-  
licus, quis  
haereticus.

Iam uelim definiat hic Episcopus & Theolo-  
gus, quæ nā sit recta & catholica fides, quibusq;  
articulis ea cōstet, quid deniq; haereticum faciat.  
Scholastici definiunt eum rite credere, qui īs,  
quæ in scripturis nobis reuelata sunt, solide af-  
sentir. Haereticum uero, qui ex illis aliquid perti-  
naciter negat, uel adserit quod cum his pugnat.  
D. Augustinus addit, gratia alicuius commodi  
temporalis, & maxime gloriæ & principatus.  
lib. de utilitate credendi. Id quoq; nemo non fate-  
tur, scripturam sacram ita fidei regulam, ut nul-  
la prorsus contra eam rite intellectam ualeat au-  
toritas, nulla ratio, nulla consuetudo, nulla ob-  
seruatio. Scripturam uero à primis illis sanctis  
patribus Cypriano, Hilario, Augustino, & hu-  
iis classis reliquis haec tenus rite intellectam esse,  
ut quæ sunt ad salutem creditu necessaria, sancti  
illi uiri & cognouerint, & concorditer quoq; do-  
cuerint, nec aduersari⁹ ut arbitror iuerit inficias.

Iam si uel hic ipse Episcopus uel alij euicerint,  
nos aut dogma aliquod amplexos, quod non  
ex diuinis scripturis, & his rite intellectis indubi-  
tato consequitur, idq; ad stipulantibus illis pri-  
mè in Ecclesia autoritatis scriptoribus: aut ritu

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

aliquem instituisse, qui non aperte ex scripturis comprobetur: aut certe ab ullo dogmate observationeue, quæ scripturæ autoritate nitatur recessisse, ipsi nos hereticos fatebimur, Ecclesiæ hostes & euersores, & quicqđ omnino uel hic Episcopus quamlibet acer & iratus uoluerit. Si autem res ipsa testatur, nos nihil penitus uel in doctrinam, uel ritus admisisse, quod non ipse diuinæ literæ manifesto tradunt: nihil item eorum labefactasse, quæ scripturarū autoritate constat: agnoscāt, quibus Christi religio est, Episcopum hunc ex praui animi libidine, & immerito nostri odio, tantis in nos defeuire criminibus.

Ne autem uidetur generali hac depulsiōe, uelle ea in quibus à receptis dogmatis ac ritibus defleximus, dissimulare, & singula ingenue percurrā, in quibus uel in speciem à doctrina institutisqđ uulgo receptis, uariare uideri possumus.

**De iustificatione.** Caput omniū est de iustificatione, hoc est, de ea ratione, qua homini possit contingere, ut seculus sit iudicij diuini, certus benevolentiae & misericordiæ Dei, persuasus se haberi Deo inter iustos, & participes uitæ beatæ, condonatis omnibus quibus ipsum offendit. Scriptura siquidem per **אָנֹן**, quod iustificari nobis reddit solet, intelligit secundum aliquem iudicari, & si ieseus sit, idem est, quod absolui, Deute. 25. Cum extiterit causa inter aliquos, & uenerint ad iudicium, eum qui iustus est, hoc est, bonam causam habet

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

habet הַצְרוֹקָה, id est, iustificate, hoc est, iustum  
pronounceate, improbum הַרְשִׁיעָה, id est, im-  
probificate, hoc est, improbum iudicate. Hoc si-  
gnificatu D. Paulus hac uoce utitur, dum inqui-  
rit, fide an operibus iustificemur, cumque scribit  
Roma.8. Quis accuset electos Dei? Deus est, qui  
iustificat, id est, absolvit eos. Ergo iustificari nos  
apud Deum, est nos à Deo reatu peccatorū ab-  
solvi, & recipi in gratiam.

Quo igitur hoc ipsum nobis contingat, hoc  
est, quid nam illud sit, quo remissionis peccato-  
rum, & reconciliationis cum Deo, id est, nostri  
iustificationis, compotes & certi euadamus, id  
uero est caput eorum omniū, quæ nos inter &  
Theologos Scholasticos controuertitur. Ea eti-  
am prima est quæstionum, de quibus uniuersi  
mortales solicii sunt. Sic enim conditus homo  
est, ita iudicij diuini metu tenetur & exagitatur,  
ut esse animo trāquillo nunquam possit, dum de be-  
nevolentia ac fauore erga se Dei certus non est.  
Ut ergo quiuis sentit, Deo haberi odio impium  
& impietatem: & quicquid praeceps fit, esse ei abo-  
minationem: ita persuaderi nemo potest, Deum  
sibi fauere, & locum inter suos daturum, nisi cre-  
dat eum sibi peccata condonasse, & nuncquam imput-  
taturū. Hinc Paulus probas nos iustificari fide,  
non operibus, adducit illud Psal.32. Beati quorū  
remissæ sunt iniquitates, quorū tectum peccatū  
Beatus cuicunq; Dñs peccatū non imputauerit.

Id certe

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

Finis bono  
rum & ma  
lorum.

Id certe Deum habere placatum ac propiciū finis bonorum est, & supremum omnium quæ expetimus, ita ut finis malorum & ultimum eorum quæ fugimus & auersamur, habere Deum iratum, peccatis nondū deletis. Quid enim præterea homo requirat, si nouit Deum, qui nutu suo regit & dispensat omnia, sibi sauere, filijq; loco ac numero dignatum esse? Ita quæ possit ei fieri malorum accessio, qui sentiat infensum sibi Deū, quo indignāte, necesse est aduersari omnia. Hinc spiritus sanctus facit in omni scriptura primum experientiam, persuasionem misericordiæ Dei, peccata remittentis: & primum fugendorum, indignationem sentire Dei, peccata reuertentis, & ulturi. Huic quoq; animas noster suapte natura adstipulat, qui sentit nimirū se nunq; ueram posse consequi indolentiā, solida frui uoluptate, perfectam cōsequi uirtutem, & reliqua, in quibus error philosophorum finem honorū posuit, si de Dei erga se fauore dubitet: cum is natus suo administret omnia, & eius solius munere & uirtus ipsa, & reliqua bona obueniant. Sic quoq; uenundatum se peccato, ut D. Pauli uerbo utar, quiuis experitur, ut eo uirtutis nunc se peruenturum uideat, quin si non detur sperare Deum sibi peccata non imputaturū, & se plane gratuita beneficentia uitæ cœlestis facturū compotem, de omni felicitate sua animum prorsus despondere necesse sit. Nihil igitur honorū ultra id, cer

CONTRA ROB. EPIS. LBRIC.

id. certum esse, Deum nobis peccata condonatum, expeti potest: nec malorum aliquid ultra id formidari, eum peccara non condonaturum.

De ratione itaq; qua istuc adipisci licet, ut Deum abolitis peccatis, propitium, & uitæ beatæ largitorem experiamur, hoc est, de nostri iustificatione, nobis cum Sorbona forsan non per omnia conuenit, conuenit autem cum ipsis arcana literis, conuenit cum orthodoxis Patribus ad unum omnibus, conuenit deniq; & cum sanioribus Scholasticis.

Nostra enim hæc fides est, cū natura simus si, Ephe. 2.  
In iræ omnes, ut quorum cuncta cogitatio à puer Gcn. 8.  
ad malum propendeat: cumq; nemo non gloria Roma. 3.  
Dei, hoc est, diuinæ fortis communione de Iohann. 3.  
stituatur, adeo, ut renasci nos oporteat è super  
nis: nō esse in nostris uiribus, ut ab innata nobis  
prauitate nos adseramus: nec in ullis nostris operibus, ut uel peccatorū abolitionem, uel iustitiae  
facultatē nobis ipsi paremus. Cum igitur ex nobis nihil quām offendere Deum possumus, &  
ante gratiam nostri innouatricem mala tantum  
merita habemus, ut D. Augustinus subinde predicat: Deus ex sua ipse bonitate nobis peccata remittat, & ad iustitiam regnare necesse est. Id uero statuit Ihs quos ad uitam elegit præstare, intercedente satisfactione Domini nostri Iesu Christi. Vere itaq; ut D. Paulus scribit, gratis iustificamur, ex gratia Dei, per redemptionem, quæ in Christo

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Christo Iesu:Rom.3 . Seruati sumus ex gratia p  
fidem, & hoc non ex nobis, Dei donum est, non  
ex operibus, ne quis glorietur , ipsius figmentū  
sumus, conditi in Christo Iesu ad bona opera,  
quæ præparauit Deus , ut in ipsis ambulemus:  
Ephe.2 . Quid possit his dici clarius, quid euidentius: Iam ut religiose istis D. Augustinus in hæ  
reat, qui ignorat, qui uel unum ex ijs libris euou  
luerit, quos scripsit contra Pelagianos , imò &  
alijs, quos scripsit, post hanc hæresim exortans.  
Atqui Augustinum sequuntur Scholastici. Ma  
gister enim sententiarum , cuius commentarij  
Scholasticis sacrosancti sunt, fidē D. Augustini  
hoc loco sequitur . Hinc iactatum illud in omni  
schola, hominem, primam gratiam mereri non  
posse, & ut quicq; mereatur , & præuenientē, &  
cooperatē Dei gratiā , uimq; certā spiritu sancti  
requiri. Etenq; Mag. Sent . in hac re cōcludens,  
scripsit homiē semper & peccare & nō peccare  
posse , ut semper nos liberi cōsiteamur arbitrij,  
id intellexit de naturali , ita ipse ibidem loquit̄,  
aptitudine, quam mens hominis habet ad credē  
dum , uel diligendum: quæ tamen non nisi gra  
tia Dei præuenta , & credit & diligit . Nam ut  
D. Augustinus in libro sententiarum Prosperi  
ait, quem hoc loci Magister adducit. Posse habe  
re fidem, sicut posse habere charitatem , natu  
ræ est hominum : habere autem fidem , sicut ha  
bere charitatem , gratiæ est fidelium. Eo itaq; q;  
Magi

CONTRA ROB. EPIS. AERIN.

Magister affirmat hominem semper posse non peccare , nihil aliud est , quām semper naturam hominis eiusmodi esse , quae spiritus iustitiae cōpax sit . Augustino enim subscribit dicenti . Volutas est , qua & peccat & recte uiuitur : uoluntas uero ipsa nisi Dei gratia liberetur à seruitute , qua peccati serua facta est , & ut uitia superet , & ut adiuuetur , recte pieq; uiui à mortalib . non potest . libr . retracta . cap . 8 . Hactenus igitur ne à scholasticis quidem , qui sunt paulo siores dis sentimus . Volumus siquidem & nos euitata charybdī Manichæorum , qui adfirmabant hominem non posse non peccare : propterea q; esset natura mala , à malo dæmone conditus , ut non incidiamus in scyllam Pelagianorum , qui contra gratiam merita statuebant uoluntatis humanae . Quicquid homo egerit , id sua ipsum uolūtate & libera , quia minime coacta , agere agnoscimus : at qui ad bonum , ut uelit quae probantur Deo , & ideo recta sunt , tam libera nō est , ut scriptura hominis ad iustitiae inclinationē , non modo à lege peccati liberationē , sed regenerationē , & noui hominis creationem uocandam iudicarit . Inde est q; Augustinus scribit . Nolentem quippe misericordia Dei præuenit ut uelit uolentem sublequitur ne frustra uelit .

De his ergo . Gratia & libero arbitrio , ipsisq; humani ingenij uirib⁹ , nō est , in quo uel à recentioribus Theologis uariemus . Credere & diligere

De gratia  
& lib. arb.  
cōuenit.

gere, & quicquid boni facimus, utique uoluntatis est, & liberæ, non coactæ, sed ultro huc propen dentis. hanc autem uoluntatem, istuc liberum & sanctum arbitrium, Deus ex sua sola bonitate, nullo nostro bono motus, donat & inopera tur. iuxta illud Deus est, qui efficit in uobis, & uelle & perficere. Philip. 2.

Sed nec de meritis pugna est, ea nulli reñcimus, etiā uitę æternę, dixit enim dominus. si quis sua causa quicquā reliquerit, id eum hic recepturū De meritis centuplum, et in futuro sœculo uitam æternam Mercedem etiā non raro paciscitur. At quid dice mus merita? bona ne an mala opera? Mala no stra sunt: bona præparat in nobis Deus, ut in il lis ambulemus. Eph. 2. Et Augustinus ad Sixtū presbyterum, quem citat Magister. Distinct. 28. Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum meritum, non in nobis facit nisi gratia? Et Thomas Aquinas fateſt totū quod est hominis bonum, esse à Deo, nec posse illum mereri quicq; ultra id, quod Deus ex ul

Prima Se tionea bonitate per se decreuit honis operib; re tundz. 114. pendere, ad q; tñ ipse nos excitat & mouet, eaq; pficit. Ea itaq; simul nostra opera sunt, quia no stra uoluntate operamur: & domini dona, quia eius donantur gratia & perficiuntur spiritu, q; ipse uoluntatem nostram præparat, operaturq; in nobis & uelle & efficere. Inde scribit Augustinus in eadem epistola. Cum coronat Deus me rita

COATRA ROB. EPIS ABRIN.

rita nostra , nihil aliud coronat , quam munera sua . Item de uerbis Apostoli . serm . 2 . Et si tua mea rita præcesserunt , dicit tibi Deus . Discute bona merita tua , & videbis quia dona sunt mea . Hæc est iustitia Dei . Hæc omnia Magister sent . tanq; uere pieç scripta adducit : & nemo ex sanioribus scholasticis refragatur . Nec dubium quin ita ut D . Augustinus , scriptor tam catholicus de his dogmatizat , Ecclesia Christi & ante eius , & post eius tempora senserit . Hęc ipsa uero sunt , quæ cum ipso hac in re credimus , tum alios docemus : nihil ergo causæ habuit à nobis aduersarius Episcopus , quantum quidem attinet ad hæc prima doctrinæ Christianæ capita , de nostri iustificatione , de gratia , libero arbitrio , meritis , ut nos hærefoes , & impiæ nouationis accusaret , ne dum tam atrociter .

Porrò in eo Scholasticis uariamus , q; certū finixerunt modum & bonorum operum & pœnarum , quibus pro peccatis satisfit : quem modum homines non implere modo , sed excedere etiam ualeant : & plura uel pati aduersa , uel patrare benefacta , quām ipsis necessarium sit ad salutem . Et hęc uocarunt opera supererogationis : ex quibus coniunctis meritis Christi , conficerunt thesaurum indulgentiarū : item satisfactions pro ihs , quæ praeue uel admissa , uel omissa sunt .

Hic fatemur à receptis desciuimus , sed recepe-

C

De offibus  
supereroga-  
tionis .

DEFEN. DOCT. CHRIST.

tis scholæ, non Ecclesiæ Christi: quæc non solū  
in D. scripturis non sunt tradita, aut etiam san-  
ctis patribus, sed ex diametro etiam pugnant:  
ut cum tota ratione rectæ fidei, ita cū h̄s quoq;  
quæ nobis commendaruntueteres . Meta præ-  
fixa bonis operibus, hoc est, uiræ probe sanctæc  
institutæ, est exemplum domini nostri Iesu Chri-  
sti. In hoc enim, ut imaginu unigeniti filij sui con-  
formes euadamus , Deus nos prouidit & præ-  
destinavit. Romanor. octauo . Huc enitebatur  
Paulus , oblitus eorum quæ à tergo ipsi erant:  
non dum arbitratus se consecutum esse id , aut  
apprehendisse. quod erat ei propositum. Phili. 3.  
Nullius erat sibi cōscius , ex eo tamen iustificatū  
se iudicare non audebat . Si iam Apostolus tam  
absolutus, & qui indubie sicut plus omnibus la-  
borauit, ita proprius cunctis ad B̄ḡæb̄iōy super-  
næ uocationis sese extulit , deesse sibi ad iustum  
modum honorum operum queritur , qui su-  
ment sibi alij modum eum etiam superasse: Om-  
nes orant sancti, remitte nobis debita nostra: &  
inutiles se seruos agnoscent, etiā cum quæcuncq;  
mandata eis sunt, sibi uidentur perfecisse. Ecquis  
in hoc corpore peccati, Deū diligat ex toto cor-  
de, ex tota anima , & cunctis uiribus, ita ut nihil  
pr̄sus contra placitū Dei admittat, nihil p̄tereat,  
id quod certe debemus ei, qui nos totos & finxit  
& refinxit: Nemo igit̄ huic sanctimonix preter  
unū Christū peruenit unq;, ut id quod ipse Deo  
debuit

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

debuit, præstisset, ne dū quiddā superogasset. Nemo oī  
ra q̄ debet  
aduersa p̄  
tetur.

Iam aduersa quis plura perferat, quā ipsi cōpetant, cum omnino non sint quęcūq; hic accidere possunt, digna illa gloria, quā reuelari in nobis expectamus: Rom. 8. Momentaneum est & leue, omne quod hic patimur: efficit autem eternum pondus gloriae. 2. Cor. 4. Nec ferendo igitur mala, quālibet iniuria, & quamuis atrocia, modum quisq; suum unq; impleuerit: tam abest ut ultra eum uel tantillum sibi redundet.

Satis erat ista diuinis literis tradita esse tam clare: sed ne uideamur non etiam quantū decet deferre interpretationē fidei q̄; sanctorum patrum, horū quoq; testimonia adducamus, sicut nobis D: Augustinus, quo nemo doctrinæ catholicæ fuit obseruantior, ceterorū uelut interpres. Is in Psal. 3. hęc scripta reliquit: Quis est qui nō salvatur gratis? In quo non inuenit saluator quod coronet, sed quod damnet: non inuenit merita bonorum, sed inuenit merita suppliciorum: Si agat tanquam ueraciter ex regula legis porposita, damnandus est peccator: hac regula si agearet, quem liberaret? Omnes enim peccatores inuenit, solus sine peccato uenit, qui nos peccatores inuenit, Hoc ait Apostol⁹. Omnes enim pecauerunt, & legent gloria Dei. Quid est. Egēt gloriadei? Ut ipse liberet, nō tu. Quia tu te liberare non potes, indiges liberatore. Quid est quod te iactas? quid est qđ dclege, & iustitia præsumis.

DEFEN. DOCT. CHRIST:

Non uides quid intus confligat in te, de te, aduersus te? Non audis pugnantem & confitentem, & adiutorium in pugna desiderantem? Non audis athletam domini ab agonotheta pentem adiutorium pugnæ suæ? Non enim sic te expectat Deus certantem: quomodo te expectat æditor: si forte pugnes in amphitheatro. Ille tibi præmium dare potest si uiceris: adiuuare te periclitantem non potest. Non sic expectat Deus. Vide ergo: attende eum qui dicit: Condector enim legi Dei: secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominū nostrū. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita tua nō p̄cesserunt, sed beneficia Dei te præuenerūt.

Item de ciuitate Dei lib. 20. cap. 17. Nunc uero non quilibet infimus illius ciuitatis, sed idem ipse Ioannes in epistola sua clamat. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et in Ecclesiasticis dogmatis, cap. 36. Quicunq; dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos, dimitte nobis debita nostra, ut nō pro se ipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs qui sunt in suo populo peccatores; & ideo non

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

non dicere unumquemq; sanctorū, dimitte mihi debita mea, sed dimite nobis debita nostra, ut hoc pro alijs potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat Apostolus Iacobus cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare ad dictum est, omnes, nisi ut ista sententia conueniret & psalmo, ubi legitur: Ne intras in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro sancti Iob. In manu oīs hoīs signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiā Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret: Peccauimus, iniquitatē fecimus: & cætera quæ ibi ueraciter & humiliter confitēt, ne putaret, quemadmodū quidā sentiunt, hoc nō de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit. Cum orarē & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo meo: noluīt dicere, peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua: quoniā futuros istos, qui tam male intelligerent tānq; propheta præuidit. Rursus in lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum, capi. 5. scripsit. Quid enim excellentius in ueteri populo sacerdotibus sanctis: Et tamē eis præcepit Deus sacrificium primitus pro suis offerre peccatis. Et quid sanctius in nouo populo Apostolis: Et tamen præcepit eis dominus in oratione dice-

DEFEN. DOCT. CHRIST.

re:Dimitte nobis debita nostra. Omnia igitur piorum, sub hoc onere corruptibilis carnis, & in istius uitae infirmitate gementium, spes una est, quod ad vocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum.

Ex his uero viri sanctissimi testimonij, cum manifestum sit, ecclesiam catholicam semper credidisse, neminem prorsus sanctitate sicunque excelluisse, aut tantum meritorum cumulum, siue faciendo, siue patiendo sibi pararit: quin uenia adhuc oranda ei fuerit peccatorum, & misericordia illa gratis remittente peccata nitendum. Illud etiam abunde liquet fuisse in fide Ecclesiæ, nulla tanta sanctos mala pertulisse, quamlibet ad homines innoxii, & tantum propter Christum periclitantes, ut ipsi uel sua ipsorum peccata expiassent. Vnde igitur sanctis illa afflictionum & malorum iniuria perlatorum redundantia, ex qua pro alijs quoque satisfactio depromatur. Plurima quidem illis Deus immittit fidei exercitia, quibus illustrem uirtutem eorum & mirabilem reddat: nihil tamen iustus Deus infligere eis potest, quod ipsi suis quoque peccatis non sint meriti. Quid enim malorum non uel soli originali peccato, quo nemo non tenetur, deberi uidemus in tantis cruciatibus & eruminis infangentium.

Ethoc ipsum D. Augustinus in libris contra Pelagianos

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Pelagianos clarissime accopiosissime docet. Liber hic adducere quod scripsit in Psal. 43. in quo alioqui martyrum merita quam gloriofissime prædicantur, in illū uersum. Hoc est, inquit gratias propter nomen tuum, non propter meritū meū meritum, quia tu dignatus es facere, non quia ego dignus sum cui facias. Nam & hoc ipsum quod non sumus oblitite, & non recessit retro cor nostrum: quod non extendimus manus nostras ad Deum alienum, nisi te adiuuante unde possemus: nisi te intus alloquente, exhortante, non deserente, unde ualeremus: Ergo siue patientes in tribulationibus, siue gaudentes in prosperitatibus, redime nos, non propter meritū nostrum, sed propter nomen tuum. Huiusmodi sententijs non huius modo, sed omnium sanctorum scripta resertissima sunt: Si igitur nulli prouersus rediri & seruari ullis suis meritis possunt, sed grata peccatorum remissione niti necesse est, quot uitæ participes euadunt. quid causæ dicent isti supererogationis cōmentatores, cur mensuram certam meritorum, quæ ad salutem sufficiant, statuerint, quam excedere sancti queant, & recondere merita alijs impertienda?

Hic itaq; quod Sorbona Ecclesijs de meritis supererogationis obtutus, plane refutauimus; & cū scriptura & omnib<sup>9</sup> orthodoxis patribus cōfitemur, neminem prouersus eo sanctitatis unq;

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

attolli, quin se uere peccatorem fateri, ueniā orāre, solaq; Dei niti misericordia, & nullis meritis oporteat. Interim autem nec bona opera reūcīmus, nec ea esse merita uitę æternæ, idq; cum nobis ipsis, tum alijs, negamus. iuxta autem sicut si dem ipsam, bonorum operum ac meritorū fontem, donum Dei gratuitum agnoscimus, sic & ipsa opera ac merita Dei gratuita munera confitemur. quae ex se nihil, ex dignatione autem Dei meritoq; Christi, id siue nobis, siue alijs merentur, quod illis Deus ex ultronea sua beneuolētia rependere statuit.

Iactat Schola illud Pauli ad Col. 1. ubi gloria

Vnde p̄ sua sio indulgētiārum. quae ad afflictionibus Christi deerāt, se in suo corpore supplere, & id pro corpore Christi: uolūtq; uideri ex hoc loco colligi, sanctos multa passos, quibus ad suam ipsis salutem non fuerit opus: eaq; concedere Ecclesiæ Christi: quae postea Ecclesiæ Monarcha Pontifex, quibus uelit, suo dispenset arbitratu.

At quis certos nos reddat istuc Paulum uoluisse? Siquidem priscis Apostoli interpretibus fidem deferimus, aliud ista nobis uerba ualebūt. Christus uiuebat in Apostolo suo, ergo & patiebatur: idq; omne in salutem Ecclesiæ suæ cui facit & patit omnia: tam in se ipso, quam in membris suis. Cumq; certus sit afflictionum modus cuius membororum eius decretus, habebat suum modum & Paulus, eumq; tum implebat: in

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

rem sane Ecclesiæ, huic enim se consecrauerat im  
pendebat prototum. Verū illa pro Ecclesia in hoc  
pertulisse, ut ex ihesu, quae & ipse, & cæteri sancti,  
supra sibi constitutam mensuram passi sunt, pro  
aliis, qui quas ineriti sunt peccatas nondum exol  
uerunt, per Pontificem depromatur satisfactio,  
huius quis nobis fidem confirmabit? Cum scri  
bit Apostolus Philippensibus, quæ sibi aduersa  
acciderant, ualuisse ad prospectū Euangelin, non  
ne & tum passus est pro corpore Christi? At il  
lam suam afflictionem Ecclesiæ in eo profuisse  
scribit, quod alij suo exciti exemplo, egerunt in  
prædicatione Euangelin animosius.

Ita quicquid ulli sancti sunt, faciunt, & patiun  
tur, omnia pro Ecclesia & sunt, & faciunt, & pa  
tiuntur: membra singula, ad communem corpo  
ris instaurationem pro sua quodque portione in  
seruiūt: hinc autem cōsequi, aliquos plurā pati,  
quam pro ipsorum eluendis peccatis diuina re  
quirit iustitia, & ea in thesaurū cedere Ecclesiæ,  
ex quo Pontifex cuique suo attribuat arbitratu,  
quod ipse pro suis commissis nondum satisfe  
cit: istuc uero quis efficiet uerum? Nam ista con  
secutio qui ualeat? Est pro Ecclesia, prodest Eccl  
esiæ, ergo est pro Ecclesia, & cōducit Ecclesiæ hoc  
modo. Quæ dialectica dōcer, ex particulari infer  
re particolare, & ex eo quod simpliciter dicitur,  
id quod est secundum aliquid?

Admirandum quidem & ineffabile est my  
C 5

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

Quae sit cō sterium communionis sanctorum , & cum capi  
muniō gra te suo Christo , & inter se : qua amplissima illa  
tice & meri torum in constat spiritus sancti subministratio, ad omni  
sanctos . fariam corporis totius instauratiōnem Eph. 4.

Id ualeat dignatio Dei in sibi credentes, ut eorum  
quoq; posteris per mille generationes benefaci  
at: ut ihs , qui quomodo libet ad eos attinent , &  
mala, quae illi meruerunt depellat: bona quibus  
ipſi ſe indignos reddūt, cumulet. Si Sodomis de  
cem modo iusti fuissent, propter eos parsum fu  
iſſet uniuersæ colluuici impiorum . Ex quantis  
ſæpe malis populus Iſrael ereptus eſt , quan  
tisq; inuicem bonis ornatus , in gratiam sancto  
rum , Abraham , Isaac , Iacob , Dauidis , & si  
milium:

Quod Pauli & ceterorū noui testamenti san  
ctorum preces alij ualuerunt, id uero infinitum  
eſt. unde & Apostoli ipſi, sanctorum pro ſe ora  
tiones tanti fecerunt. Quanq; enim Deus ſuis or  
omnia propter nomen ſuum , & meritum filij ſui  
benefaciat. ſic tamen eos ſibi unit, & filio ſuo in  
ſerit, donat eſſe ex carne & oſſibus illius, ut ipſo  
rum ſimul gratia, ingētia hominibus largiatur:  
declarans eo, quo numero ſui ſtudioſos habeat,  
utq; benigne uoluntatē timentium ſe faciat. Hac  
dignatione Dei erga ſuos illud quoq; nitit , qđ  
dominus dixit. Amen amen dico uobis, qui cre  
dit in me , opera quae ego facio , & ipſe faciet, &  
maiora hic faciet, quia uado ad patrem. Et quic  
quid

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

quid petieritis nomine meo, hoc faciam. Hinc est & illud, quod iudicium suum tam in angelos quam homines, hosq; & bonos & malos illis communicat. Hi recipiunt in æterna tabernacula, ipsis qui benefecerint, hi etiam condemnabunt impios.

Porrò sicut tota hæc beneficētia Dei, quæ uerbo, & sacramentis, precibus, & arcana illa diuinæ uirtutis communicatione administratur, spiritus sancti est, quem Christus pro suo arbitratu credētibus in se impertit: ita omnia quæ per sanctos Dei beneficia hominibus exhibentur, non nisi per hunc ipsum spiritum dispensari possunt. Quod & Scholastici docent. Thomas fane inter Scholasticos facile princeps, scribit Ecclesiæ ministerum usu clauium agere ut instrumentum, quod efficaciter nihil præstare potest, nisi quantum motum est à principali agente. Ad quod comprobandum adducit D. Dionysium in fine Ecclesiastice Hierarchiæ confirmantem, sacerdotes uti oportere uirtutibus hierarchicis, quomodo eos diuinitas mouerit, in cuius signum Matthæi. 16. ante traditam potestatem clauium, mentio facta sit, de reuelatione diuinitatis. Et Iohann. 20. præmissum potestati remissionis peccatorum Apostolis collatæ, donum spiritus sancti, quo aguntur filii Dei. Vnde si præter illum motum diuinum minister uti sua potestate præsumperit, non consequi effectum.

Ita ex

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Ita ex autoritate scripturarum, & ad stipulatio  
ne D. Dionysij Aquinas docuit: sic uero & nos  
& credimus & docemus: eoque remissionem si-  
c ut peccatorum, ita & poenarum quae peccatis  
debentur, exhiberi ministerio Ecclesiae agnoscim-  
us: uerum id ex uno Christi merito, ac ideo  
non nisi spiritu Christi, quamque remissionem fi-  
de promissionis Christi, quae Ecclesiae ministe-  
rio offertur, excipere oportet. Hinc Apostoli  
non modo ad id Domino erga electos inserue-  
runt, ut illi reatu peccatorum absoluti, spiritum  
acciperent uiuendi recte & ordine: uerum ut etiam  
morbis, alijsque malis, quae propter peccata im-  
mittuntur, liberarentur. At haec facultas spiritus  
ordinaria non est. Existebat frequens, ubi Euau-  
geliu*m* initio orbi commendandum erat, po-  
stea remissa est. Ordinaria illa facultate soluen-  
di, Ecclesiae commissa, in gratiam Dei reponun-  
tur homines, si fide absolutionem ecclesiae am-  
pleteuntur: & tantum simul cuique remittitur poe-  
n*æ*, quantum diuina dignatio, statuerit. De mo-  
do, certaque ratione huius poen*æ* uel infligendæ  
uel remittendæ, nihil in uniuersum Ecclesie com-  
missum est. Quod enim Paulus quosdam Sata-  
*næ* tradidit corpore quoque adfligendos, & rur-  
sus eius uiliberauit: uirtutis erat illius peculia-  
ris, qua cum eum, tum alios initio Ecclesiae Do-  
minus pollere uoluit.

Cum uero nihil magis unum, quam debeant  
esse

Clavis po-  
testas ordi-  
naria.

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

esse inter se Christiani, nulla obedientia plenior,  
quam Euangelij, nulla cura corrigendi, quæ ir-  
repunt uicia, acrior, quam adhibent, qui se uere remittunt.  
Quas pœ-  
nas ecclesiæ  
inflict &  
patres & Episcopos Ecclesiæ præstant: habet &  
Ecclesia suam vindictam scelerum, suas quoq; de peccantibus sumit pœnas, non quidem ut ihs quod peccatum est, aboleant, id enim solo sanguine Christi confit: sed ut eorum seria poenitentia emendent & instaurent, quos peccantium flagitia corruperant & offenderant, tum eos ipsos si humiliatos, cautores reddant in posterum. De hac vindicta peccatorum D. Paulus meminit: Cor. 5.2. Cor. 7.13. & alibi.

Eiusmodi uero vindictam in eos ueri olim Episcopi exercebant, qui uel flagitijs suis Ecclesiæ palam contaminassent: uel acti uera eorum, quæ clam admisissent poenitidine, ipsi se castigatiōi Ecclesiasticæ ultronea cōfessione obtulissent. Ea uero castigatio constabat ieunijs, uigilijs, accubationibus in terra, eleemosynis, precibus, & cæteris cum carnis castigationibus, tum pietatis exercitij. His dicebantur homines satisfacere pro peccatis, non quod eo' pacto compensare possent, id quod peccassent: sed quod eiusmodi solidæ poenitentiæ attestatione, Ecclesiam rursus ædificarent, quam suis improbe admissionis, læserant: tum etiam petulantiam carnis suæ ea ratione retundebant. Inde ea satisfactio à D. Augustino definiebatur, esse peccatorum causas excindere

In quos uia  
dicta ecclæ  
statuta olim  
exercita sit

DEFEN. DOCT. CHRIST.

excindere, & eorum suggestionibus aditum nō indulgere. De dogmatis ecclesiasticis cap. 54.

Sed ubi uigilantia & studium Episcoporum refrixit, cæperunt condi leges: & præscribi quā tum cuiq; pro quolibet peccato īdici ieumiorum, uigiliarum, precum & eleemosynarum debet. Hinc illæ poenitentiæ, per omnem uitam, per septennium, ieunium quadragenarium, in

Carrina. pane & aqua, quod uulgo dicebatur Carrina: & cetera, quæ leguntur in poenitentialibus Romanis, & aliarū Ecclesiarū. Vbi uero iam ista se ueritas puniendi delinquentes in ecclesia, in literis potius quam in hominum obseruatione locum haberet, inuenta statim ratio est, eleemosynis & recitatione psalmorum ieunia redimendi. Hinc ortæ indulgentiæ sunt, condonationes illæ Pontificiæ, quibus indictas poenitentias, quas uocant, Pontifex certam pactus pecuniā, remittit &c. Hoc inuentū tam recens est, ut Magister sententiarū nihil de eo meminerit. Deinde eleemosynæ illæ cōuersæ sunt in longe alias sūptus: quām quib⁹ necessitates releuet pauperū.

Poenitentiæ eversio. Huic manifestæ poenitentiæ euersioni, & totius disciplinæ ecclesiasticæ abolitioni, certe nō assentimur: utinā autem salutarē illā severitatē ac disciplinā, quam Apostoli, & probi olim Episcopi in ulciscendis peccatis eorū qui in obediētiā se Euagelij tradiderūt, obseruarūt, laborarent ī restituere, q̄ hodie rerū Ecclesiasticarū potiūtur: in nobis

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

in nobis pfecto nihil defyderauerint obsequij.  
Ergo cōmenta ista , de certa recte factorum , &  
innocenter perlatorū mensura, quā homines ex  
cedere ctiā ualeant. de operibus supererogatio-  
nis, & dispensatione horū Pontificia, excogitata  
profecto sine scriptura, sine autoritate ueterū, de  
niq; sine ratione , quid dico sine his? imo contra  
hē omnia : plane reiecamus , & hodie repudia-  
mus. Eam aut agnoscimus esse Domini in suos  
dignationē, ut hi ueris animi plāctib⁹, & carnis  
suæ castigationib⁹, sanctis precibus, eleemosi-  
nis, & id genus alijs religiosis actionibus, eluere  
ualeat. que cū ipsi, tū pro quibus ad dominū in-  
tercedunt, mala meriti sunt. Quod Achab regi  
alio qui impio sua qualis pœnitētæ humiliatio  
pfuit, scriptura testatur. Iam nec frustra fuit quē  
sibi D .Paulus luctū indixit pro ihs, qui cū pec-  
cassent nullā egerant pœnitentiā . Omné tamen  
hanc uim uel pprīa uel aliena peccata per opera  
pœnitentię eleuendi, sola niti misericordia domi-  
ni, & merito Christi , ut credimus , ita testamur.  
Fatemur itē eā esse Ecclesię cōmunionē, & mu-  
tuā spiritus. totiusq; diuine beneficētiae submini-  
strationē, ut alij aliorū gratia ingētia à Deo, be-  
neficia, cū interna, tū externa percipiāt. Ecclesię  
& Presulū esse, & de sceleratis & flagitiosis in  
Ecclesia pœnas sumere, & uere pœnitētib⁹ rurs⁹  
remittere, nemo apud nos inficiat , ita tamen,  
ut utrumq; ad pietatis instauratiōnē dirigatur,

Vera fatis  
factio.

Quorum

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Quorum officij & illud esse agnoscimus, ijs qui quæ clam peccarunt, ultro confitentur, & uero impulsi dolore, expiare illa querunt, satisfaciendi rationem præscribere. Hæc sunt & diuinis tradita literis, & obseruata ab ijs, qui quod audiebant, Christi cum plebes tum ministri, id esse quoque studebât. Ea nos tam non submouimus, ut cum ignavia & secordia præsulū pridem obsoluerint adeo, ut nullum eorum expressius appareat uestigii, restituere unice conemur. Ne in his igitur quicque est, cur quis iure nos defectio-  
nis ab ecclesia Christi, uel repudiataræ obseruationis maiorum criminetur.

*De certitudine fidei.*

Est uero & in ijs, quibus fidei ingenium exponimus, quo à Scholæ placitis, cum Dei decretis inhærere libet, deflectere necesse fuit. Id uero est, quod Scholastici uerā fidem, eam quoque ha-  
bent, quæ mortua est, hoc est, per dilectionē non operatur: & quod siue ex hoc ipso errore, siue ex propria de Dei bonitate disfidētia negat, quenque posse de salute sua, uel, an sit in gratia Dei, certū esse: quorum neutrum sanctis patribus & uere credentibus unicū in mentem uenit.

Hisce profecto commentis, ut tota fidei natura destruitur, ita fatemur nos illa quantum possumus reñcere, & damnare. sed cum & id nō nisi per scripturam & sanctorum patrum autoritatem, imò per ea, quæ ipsi scholastici de fide docent, facimus: consentiente ipsa sanctorum experientias.

CONTRÀ ROB. EPIS. ABRIN.

perientia: ne hinc quidem hereseos notam nobis  
ut quisq; inurat , causam habet à nobis. Omnes  
agnoscunt fidem esse assensum , qui persuadente  
spiritu sancto probetur uerbis Dei : & non uni  
& alteri, sed omnibus, quæ quidem nobis ille re  
uelarit: cumq; uerbis Dei, ueritate prima, hic as  
sensus nititur , fatentur fidem omni scientia esse  
certiorem. Nemo igitur uere Christo credet, qui  
non & in eo fidem ei habet , cum nobis, dum si  
bi credimus , uitam æternā pollicetur . Id aut si  
uere credimus, & ei credimus, ut ueritati primæ,  
quæ ut nō falli, ita nec fallere potest, quid quæso  
loci maneat ulli dubitationi? Si iam nulla super  
est dubitatio, sed ut ipsi agnoscunt Scholasticæ mā  
ior est hic certitudo, q; si id sciētia tenereramus, qui  
poterit in hac fide non esse de uita æterna certitu  
do? Hanc enim Dominus pollicetur, non quod  
dam eius initium quod iterum euaneat. Quis ho  
mini dicitur solide fidem habere , si de promisso  
eius apud se adhuc dubitet? At quicq;d cōfirmet  
homo, si id ex se cognosci non datur, quamlibet  
credas , & te certum dicas, falli tamen cum pos  
sis, obrepit interdū quædam de opposito formi  
do. nemo enim hominum non potest , & falli &  
fallere: at si eam formidinem admiseris, recte di  
ceris de promisso eiusmodi dubitare, atq; ideo  
nondum ei plene credere, fidem uerbis eius  
accōmodare . Et scilicet Deo, qui nec falli nec fal  
lere potest, uerboq; effecit quicquid libuerit, di

D

DEFEN. DOCT. CHRIST.

cemus eum credere, eiusq; uerbis fidem deferre,  
qui tamen de eius pollicitatione etiamnum hæsi-  
tat. At qui si non dubitas, certus es. Necesse igitur  
ut quicunq; Christo uitam æternam pollicē-  
ti uere credit: is se huius æterne uitæ fore compo-  
tem, nihil prorsus addubit: ac inde certa eius  
spe & expectatione uiuat.

Locus Ecclæsiaste 9.  
male intellexit  
lectus.

Fefellit istos nouos Theologos, q[uod] uulgata  
lectio in Ecclesiaste cap. 9. habet. Nescit homo an  
sit amore uel odio dignus, id q[uod] nec in Hebreo,  
ne editio Græca, nec in uersione D. Hieronymi  
legitur. Salomon hoc loco non id agit, quod in  
certi sint desua salute sancti, n[on] enim gloriantur.  
Spero in domino, nō confundar. Confido dñō,  
nec nutabo illud docere uoluit, fortunā mortali-  
um etiā sanctorū, sic uarie à domino dispensari,  
ut nemo possit uel amorē uel odiū eorū, id est,  
que amāt uel odiūt, expertāt uel fugiunt, cognoscere:  
hoc est, p[ro]scire, quid horū illis euētūrū sit.

Adducunt & illud Pauli : Sed nec me ipsum  
iudico. Et nihil mihi conscientia sum, sed in hoc ta-  
mē nō sum iustificatus. 1. Cor. 4. Sed nec eo qui-  
dē id euinci potest, sanctos nō esse certissimos se-  
ppitū habere Deū & patrem. D. Paulus uolu-  
it hoc loci temeritatē iudicij apud Corinthios  
de ipsorum Apostolis & doctoribus, in utramq;  
partē tollere: eo illud scripsit, se nō morari, quid  
humano de se iudicio statuerent: imo ne ipsū de-  
se, quanti esse debeat, pronunciare. nā & si nihil  
sibi conscientia sit, in eo tamen se nō esse iustificatū,

Sancti suo  
iudicio diffi-  
cunt, sed  
confidunt  
iudicio Dei

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

hoc est, probatū . nouerat siquidem se ex gratia Dei, nō ex propria iustitia iustificari. De hac autē gratuita Dei iustificatione tā certus erat, ut gloriaret se nulla prorsus re à dilectione Dei separari posse. Rom. 8. Testimoniuī em̄ illud spiritus sancti, qđ spiritui sanctorū perhibet, eos esse filios Dei, ac ideo h̄eredes, ut uanū esse nequit, ita majorē omni scientia certitudinē offert. Quod testimoniū cū nemini qui quidē Christi sit deesse possit. nā qui hunc spiritū nō habent, n̄ nō sunt eius Ro. 8. nemo fuerit uere Christianorū, qui se charū haberi Deo, quia filiū, & eterne saluti destinatū queat ambigere. Dicūt omnes, In te domine, confisus sum, nō confundar in æternum.

Verū q̄ saniorū Scholasticorū hic uerba pres-  
sus confyderet, nō certitudinē fidei, sed scientiæ  
uident̄ negare, cū negāt hoīes posse certos esse,  
si sint in gratia Dei. Thomas certe in. q. 112. ar. 5.  
obijcīes sibi illud Pau. 1. Cor. 2. Accepim⁹ spiritū  
q̄ ex Deo est, ut sciamus quę sunt donata nobis,  
responder hoc debere intelligi de donis glorię, q̄  
sunt nobis data in spe, q̄ certissime agnoscim⁹ p̄  
fidē: sub̄jicit quidē de gratia secus esse, sed sentiēs  
id cū iā dictis pugnare, ad peculiare cōfugit reue-  
lationē. At in Sol: ad secundū , scribit de ratione  
fidei esse, ut homo sit cert⁹ de his q̄rū habet fidē.  
Iam fides de eo p̄cipue est, q̄ p̄misit Deus se no-  
his fore Deū, remissurū peccata, donaturū uitā  
æternā, hoc est nobis sauere, & esse ī gratia eius.

Scholastic  
certitudinē  
gratię ne-  
gant, quę p̄  
scientiā eū

D 2

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Sed in præcipua ratione, qua hoc scholæ dogma cōfirmare annititur, clarius apparet, eum de sc̄ientiæ, non fidei certitudine sensisse. Nam probatio nem inde dicit, q̄o gratiæ principiū ipse Deus nobis incognitus sit. at quod certo cognoscitur, eius oportere principiū habere cognitum. Iam Deus, ut propitius peccata condonans, uitam æternam largiens, fidei non est incognitus, sed rationi tantum.

Miserandum, ut hic uir alioqui nō indoctus, nec irreligiosus hic se torquet. Quanto rectius & planius scribit de his D. Bernardus, licet eadē lectione loci illius Ecclesiaste. 9. usus. Quis inquit in sermone. 5. de dedicatione, poterit saluus esse dicunt discipuli salvatoris. Et ille: Apud homines hoc impossibile est, sed nō apud Deum. Hæc tota fiducia nostra, hęc unica consolatio nostra, hæc tota ratio spei nostræ. Sed de possibilitate iam certi, de uoluntate quid agimus? Quis scit si dignus est amore an odio? Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam plane nobis fidem subuenire necesse est, hic opor ter succurrere ueritatem, ut quod de nobis latet in corde patris, nobis per ipsius spiritum reueletur, & spiritus eius testificās, persuadeat spiritui nostro quod filii Dei sumus. Hæc ille.

At uero hoc spiritus sancti testimonium, ut diximus, penes omnes est, qui spiritum habent Christi, hoc est, qui sunt Christi. Christiani ergo non

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

non, sunt qui de misericordia in se Dei hæsitant,  
nec est ista gratiæ Dei certitudo, priuilegium ut  
uocant, intelligentes donum paucorum, sed eos  
rum qui Christo uere credunt, omnium. Ita ne  
mo nō orthodoxorū Patrū sensit, nos itaq; cū  
ipsis sentiētes, & que illi, docentes, prauæ noua  
tionis nec ex isto quidem dogmate postulari  
possimus.

Flagellant nos Theologi Scholastici nostri  
temporis & in eo, quod dicimus sola fide nos iu  
stificari & seruari, cñm id tamen aperte Paulus  
affirmet, & si sit non usus hac uoce, sola. Nā cū  
Rom. 3. scribit nos iustificari fide, sine operibus  
legis, & in Ephesijs. 2. ex gratia, non ex operi  
bus, absolute certe re ipsa dixit, nos sola fide iu  
stificari, & nullis operibus. Hæc si legis opera,  
etiam si per ea cæremonias dumtaxat intelligas,  
hic nihil ualent, nec ualebunt ulla alia. Quæ em  
singas meliora ijs, quæ in lege sua præcepit De  
us? Nec em de cæremonijs legis Paulus eo loci  
loquitur, quæ exhiberentur post reuelationem  
Christi, cum scilicet aboleri debuerunt. Exemplū  
Abrahae adducit, qui fide sit iustificatus, & nul  
lis operibus, & ex eo colligit, neminem prorsus  
ex operibus, sed fide omnes iustificari, quicunq;  
ullo tempore iustificationis cōpotes facti sunt,  
& adhuc erunt.

Deinde gratiā & opera ita componit, Rom.  
4. &c. 11. Ut si dicas te iustificari ex operibus, ne

An pie dī  
cū sola fi  
de iustifica  
mur.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

gasti te iustificari ex gratia, & cōtra. Iā, fidei iustifi-  
cari, idē cū eo poller, quod dicimus, iustificari  
ex gratia: Fides enim promissionē gratiæ am-  
plectitur, eaq̄ sola nūtitur: ut cū dicimus iustifica-  
ri fide, id nihil aliud sit, q̄ iustificari nos ample-  
ctendo gratiā per fidē. Si igitur omnis nostra iu-  
stificatio gratia Deinititur, & hanc nullis operi-  
bus, nō em̄ esset gratia, sed sola fide, qua credi-  
mus Deo promittenti gratiā suā, excipimus: p-  
fecto uere dicitur, nos sola fide, & nullis operi-  
bus iustificari, hoc est, uitam æternam nobis  
adiudičari.

*Iustifica-  
mūre exope-  
ribus.* Verū & id tamē nō imus inficias, iustificari  
nos etiā ex operib⁹ ut D. Iacobus dixit, repēdit  
em̄ Deus unicuiq̄ secundū sua opera. Et nō qui  
legē audiūt, sed qui faciūt, iustificabūtur. Rom.  
2: sed ista nostri iustificatio, id est, ultima uitæ æ-  
ternæ adiudicatio & exhibitio, nascitur & pen-  
det ex iustificatione fidei, ex qua & ipsa opera bo-  
na pueniunt, & habent id, ut licet ex se nihil mi-  
n⁹ ualeant, uitā æternā nobis mereant̄. Indesa-  
ne, q̄ p fidē iā Deus nos inter filios suos habet.  
nostra ex eius spiritu patrata opera ipsi tāti sunt,  
tantaq̄ cōpensare mercede dignatur. Nos enim  
inutiles serui sumus, etiā cū omnia pfecimus,  
que nobis pcepta sunt. ita principiū, mediū, &  
cōsumatio salutis nostræ, ut gratia sola cōstat,  
ita sola fide percipit, semperq̄ uerū est, qui cre-  
dit in Christum eum habere uitam æternam.

Ista

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Ista s. patres egregiæ agnouerunt, nec ut ho-  
die Scholastici nos calūniātur, hanc scripturæ  
deprauationē, sed idoneā uerborum Pauli inter-  
pretationē censuerunt cum ex eo quod Paulus  
habet, fide absq; operib⁹, uel per fidē, nō ex ope-  
ribus nos dicimus, sola nos fide, & nullisoperi-  
bus iustificari. Origenes in illud Ro. 3. Vbi est er-  
go gloriatio tua: &c. sic scripsit. Igit̄ cū superi⁹ **Origenes.**  
ostendisset Apostolus, quid esset ampli⁹ iudeo,  
aut quæ utilitas circūcisionis: & docuisset quia  
primis credita sunt illis, eloquia Dei, & per hęc  
uisus suiss extollere eorū iactantiā, qua aduer-  
sus Gēt̄iles erigi solent, & rursū cōtra hęc inseqē-  
b⁹ obiecisset, iustitiā Dei per fidē Iesu Christi es-  
se in omnes qui credunt, neq; habere aliq; distin-  
ctionē, sed omnes deliquisse Iudeos & Gr̄cos,  
& egere gloria Dei, & iustificari per gratiā ac re-  
dēptionē quę est in Christo Iesu, ipsūq; esse ppi-  
tiatoriū p̄r fidē, & iustificari ab eo qui ex fide  
est: nunciā uelut cōclusionē assertionū suarū po-  
nens in hoc loco dicit: Vbi est gloritio tua: &c.  
Et dicit sufficre SOLIVS fidei iustificationē, ita  
ut credens quis tantūmodo, iustificetur, etiā si ni-  
hil operis ab eo fuerit expletum. Per fidem enim  
iustificatus est latro sine operibus legis, quia  
super hoc dominus non requisiuit, quid prius  
Operat⁹ fuisset, nec expectauit quid operis cū cre-  
didisset expleret, sed SOLA cōfessione iustifica-  
tū, cōmitēq; sibi paradisū ingressur⁹ assumpsit.  
Sed &

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Sed & mulier illa quæ in Euangeliō secundum Lucam refertur, quæ ad pedes Iesu audiuit: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Fides tua te salutā fecit, uade in pace. Sed & in multis Euangeliō locis hoc sermone usum legimus saluatorē, ut credentis causam, dicat esse salutis eius. Igitur iustificatur homo per fidem, cui ad iustitiam nihil conferunt opera legis. Vbi uero fides non est, quæ credente iustificat, etiam si opera quis habeat ex lege, tamen quia non sunt ædificata supra fundamētum fidei, quamuis uideantur esse bona, operatorem suum iustificare non possunt, si eis deest fides, quæ est signaculum eorum qui iustificantur à Deo. Quis autem uel iustitia sua gloriabitur, cum audiat Deum per prophetam dicentem. Quia omnis iustitia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ? SOLA igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi.

Ambrosius in illud Rom. 4. Credenti autem in eum &c. in hunc modum scribit. Hoc dicit, quia sine operibus legis credenti, id est, gentili in Christum, reputatur fides eius ad iustitiam, sicut Abrahæ. Quomodo ergo Iudei per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahæ, cum uideant Abrahā non ex operibus legis, sed SOLA fide iustificatum? Non ergo opus est lex, quando impius per SOLAM fidem iustificatur apud Deum. Secundum propositum gratiæ Dei, sic decretum dicit à Deo, ut cessante lege SOLAM

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

LAM fidem gratiæ Dei posceret ad salutem. Si  
aut & Dauid dicit. Hoc ipsum munit exemplo  
prophetæ: Beatitudinē hominis, cui Deus acce-  
pto fert iustitiā sine opibus. Beatos dicit, de qui-  
bus hoc sanxit Deus, ut sine labore & aliqua ob-  
seruatione, SOLA fide iustificen̄ apud deum.  
Hilarius in Matth. Canone. 8. de Scribis sic scri-  
bit. Mouet scribas remissum ab homine pecca-  
tum. Hominem em̄ tantū in domino Iesu Chri-  
sto contuebantur, & remissum ab eo, quod lex  
laxare non poterat. Fides em̄ SOLA iustificat.

Et D. Chrysostomus, ille ardentissimus ope-  
rum exactor, liberiq̄ arbitrij defensor, in illud  
Roma. 3. Gloriatio exclusa est, per quam legem  
operum & haudquaq̄, sed per legem fidei. Quæ  
porro inquit fidei lex est: Per gratiā seruari. Hoc  
loco Dei potentia ostendit, q̄ uidelicet non ser-  
uarit solum, sed & iustificauerit, & in gloriatio-  
nem adduxerit, operum quidem nihil indigens,  
sed fidem TANTVM requirēs. ολα τις εἰ  
χετήσας μόνον. D. Augustinum non opus est  
hic testem adducere, cui hæc loquendi formula  
est familiaris maxime,

Sic scribunt ecclesiarū columnæ, nunc iudica  
te quotquot ueritatem amatis. num orthodoxe  
de fide credamus & doceamus, qui nihil uel sen-  
su, uel uerbis etiā usurpamus, quod non & in di-  
uinis, & in patrū scriptis ita nobis traditū sit. Si  
nemo ita loquētibus sacratissimis illis ecclesiis

Dei proceribus, in studio bonorum operum remissior factus est : nec nobis ita loquētib⁹ quicq̄ erit. Non minus enim q̄ illi, id quod iuxta scripturam in eo loquimur, clare exponimus, Affirmamus nulla quālibet sanctissima opera, ualere ad id ut salutē nobis adferant. ea enim donū Dei est, inquit Paulus, non ex operibus. Eph. 2. fideq̄ quam habemus Deo promittēti, percipitur, anteq̄ quicq̄ boni operari liceat. Primum siquidem opus Dei, & reliquorū omnium fons est, credere. Iohan. 6. quodq̄ ubi adest, uita æterna adest: etiam si nihil præterea operum sequeretur. Deus enim nos seruat, non ipsi nos. percipiēdo iustitiā quā Christus nobis suo parauit sanguine, nō p̄stanto nostra opera, iusti saluiq̄ euadimus. Gratis ex gratia Dei, iustificamur, p̄ redēptionē q̄ cōstat per Christū Iesum, quē Deus p̄posuit ppiciatore, per fidē nitentē sanguine eius. Ro. 5.

Atqui ubi uera fides adfuerit, ibi tam nō possunt bona opera non consequi, q̄ non potest arbor bona, nō ædere bonos fructus, & filius Dei non agere pro ingenio Dei, & spiritus sanctus non facere quae sunt placita Deo. Ista nunq̄ non inculcamus, ex nostro itaq̄ sermōe, nemo id accipiet, ut in operibus bonis cesset, aut frigeat: sed ut totus fatigat potius, & totus ardeat, certus ijs se gratificari ei, quem iam summe diligit, & à quo donata sibi omnia persuasus est. tum etiam huius fauore & indulgentia suam ipsorum salutem illis perficere, κατεργάσθη. Philip. 2.

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Nihil itaq; & in hoc dogmate de fide & bonis opib; inest, qd uir bon? erroris notare poterit. aduersarii aut ita solent commendare opa, ut fidē in Christū, ex qua sola bona opa pueniūt, euer- tant. nā q̄ cantillū fiduciae in opera sua collocat, huic nō est Christus oīa, ideo ne Christus qdē.

Porr̄o ex hoc ipso fonte persuasionis de operib; supererogationis, aliud q̄q; uitū Ecclesījs obtru- sum est, fiducia meritorū, q̄ sup̄ sunt diuis, quib; scilicet nūti uolūt eorū pro nobis ad Deū interces- sione. Nā ueterū cultū, quē exhibuerūt diuis, eo continebat. Deū in martyrib; pdicabāt, & eorū agones ad cōmendandā roborandāq; fidem in Christū celebrabāt. Et ex hac fide in gratiā Chri- sti sociari eorū meritis, ut D. Augustin? loquič, & adiuuari eorū p̄cibus q̄rebāt. Dei misericor- dia sola cōfisi sunt, & cōfidere docuerūt. Augu- stinus in Homelia de pastorib;. Sunt em & mon- tes boni: Leuaui oculos meos in mōtes, unde ue- niet auxiliū mihi. Et uide qa non tibi in montib; spes est. Auxiliū inq̄t meū à dño, qui fecit cœlū & terrā. Noli putare iniuriā facere te montibus sanctis, qn̄ dixeris: Auxiliū meū nō in montib;, sed à dño q̄ fecit cœlū & terrā. Ipsi montes hoc ti- bi clamāt. Mons erat q̄ clamabat: Audio in uo- bis Schismata fieri, ut unusquisque strum dicat: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego aut Christi. Leua oculos in istum montem, audi quid dicat, & in ipso remaneas. Audi etiā quid sequat: Nunquid Paulus crucifixus est p̄ nobis.

De inuocaz-  
tione san-  
ctorum.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Ergo posteaque leuaueris oculos tuos in montes, unde uenit auxilium tibi, idest, in autores scripturarum diuinorum, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem: Domine quis simili tibi: ut securus sine ulla iniuria montium dicas: Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram. Non solum tunc tibi succensebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posueris confortabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini ab homine adorabatur, tanquam leuantem oculos in montem: ait ille resonans ad dominum: Noli inquit facere, illum adora. Nam ego conseruus tuus sum, & fratrū tuorum &c. Vide hic quam pure, quod simpliciter omne nobis auxilium ab uno patre cœlesti, per meritum filij eius orandum sit, & exptendum.

Sed dicitis. Hoc ipsū auxiliū Dei, intercedēti beatu diuis uolum<sup>9</sup> exorare. Quid: Proniores igit putatis patere precibus uestris aures diuorum, quam patris uestri in cœlis, qui ea uos complexus est charitate, ut filium suum unigenitum prouobis tradiderit in mortem, cumque eo donarit omnia: Legite quod D. Chrisostomus scriptū reliquit in homelia de profectu Euangelij, ubi tractat illud, quod dominus Chananaeum cum ipsa instaret orando pro filia sua audiuit, orantes pro eo Apostolos non audiuit. Cæterum nō est opus inquit patronis apud Deum, neque multo discur-

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

to discursu , ut blandiare alijs : sed licet solus sis,  
patronoq; careas , & per te ipsum Deum prece-  
ris, omnino tamen uoti compos eris. Necq; em  
tam facile Deus annuit, cū alijs pro nobis orant,  
ut cum ipsi met oramus : etiam si plurimis pleni-  
simus malis. In hanc sententiam hic uir Dei , in  
hac & plerisq; alijs homelijs pluria cōmemorat.

Fateor, uetus est hæc obseruatio, ut Christia-  
ni hic etiamnū exultantes , diuorum preces am-  
bierint . Sic enim habet ingenium nostrum , ut  
quo ipsi tenemur affectu, eo affici omnia , etiam  
q; ad eius licet inanimata, & quæ sensus expertia  
sunt, cupiamus . Hinc est quod cœlum & terrā,  
testes contra populum Israël inuocat. Et Psaltes  
ad communionem gaudij de salute domini, in-  
uitat montes, sylvas, & flumina . Cum itaq; san-  
cti toto pectore eo ferantur , quod inde sinenter  
orant, ut sanctificetur in eis & ubiq; nomē Dei,  
amplificetur regnum eius , studeant uoluntati  
eius qui in terris adhuc degūt ea uoluptate, qua  
qui in coelis &c. optant certe hoc ipsum una pe-  
tere quicquid uspiam est , maxime autē eos, qui  
eodem uiuunt spiritu, eiusdem sunt corporis mē-  
bra, eiusdē hæreditatis participes . Hac de causa,  
D. Paulus ut superius quoq; diximus, & cæteri  
sancti omnes, fratum pro se orationes tantope  
re requisierunt. Eorum quidem tantum, qui pre-  
senti adhuc uita fruebantur , utpote inter quos  
Dominus mutuam spiritus sui subministratio-  
nem, &

Vnde sit.  
quod san-  
ctorū p̄ces  
p nobis q;  
rimus.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

nem, & cætera charitatis officia, uigere uoluerit.

Postiores aut̄ patres, præsertim qui pace iā ecclesijs data floruerunt, hunc affectū ad eos q̄q̄ extulerunt: qui præsentī uita defuncti, degunt cū Christo, in eo spectantes indubie eandē quæ nobis cum his quoq; est, diuinæ dignationis cōmunionem. Idem em cum illis & caput habemus, & eundē cœlorū municipatū. Verum patres isti in hoc affectu religiosissime cauerunt, ne uel facultatē nobis opitulandi tribuerent diuis, quæ nimirū est solius Dei: uel ad impetrandā opem à Deo, plus sanctorū, q; suā intercessionē ualitram arbitrarent̄: ac ideo prius ad patrociniū diuorū, q; ad ipsum dominū confugeret, precesq; diuorū, suis ad dominū præmitterent. Præterea diligentissime monuerunt, eos Diuorū intercessionē frustra ambire, qui se non ante omnia approbare Deo studuissent. Postremo manifestam idololatriā iudicauerunt, diuis extruere tempa, uel offerre sacrificia. Primum q; omne auxilium illi à solo Deo querendū docuerint, & nihil huīus à sanctis, ex eo loco Augustini, quem modo adduximus, satis liquet. Amare illos nos & fauere nobis scribit, cum dicimus, Auxiliū meum à domino, qui fecit cœlum & terrā: & contrastari, cum in ipsis spem ponimus. Alterum, nos prius nostris precibus debere diuinā pulsare clementiam, q; ambire ut pro nobis intercedant Diui, Chrysostomus diserte admodum passim incul-

cat,

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

cat, & clarissime in loco quem paulo ante præmisisti testatus est. Homelia quinta in Matth. de eadem re sic scribit. Quis uero iste est: qui scilicet bona patris absumpserat, ex quibus profecto redolet, quod si negligētes fuerimus, ac desiderest nec per aliorum quidem possimus merita saluari: si uero mente uigilemus, etiam per nosmet ipsos istud ualeam⁹ efficere, & multo magis nostro, q̄b alieno tuti esse suffragio. Nam & Deus salutē nostrā, non tam alijs rogantibus pro nobis uult donare, q̄b nobis: ut hoc ipso quo iram in nos eius placare cupimus, ad studia meliora migremus, & fiduciā bonę cōsciētię colligamus. Sic em̄ Cananæ ā illā aliquā miseratus est, sic etiā meretrici donauit salutē, sic latronē à cruce in paradisum transtulit, nullius patroni, nullius precibus mediatoris inflexus.

Porrò illud. Sanctorum intercessionē frustra quæri ab ihs, qui Deo se non consecrauerint penitus, sanctitati toto pectori dediti, orthodoxi patres nūc q̄b non inculcāt omnes. & quæ modo adduximus ex Chrysostomo acri id sane monent. Instat & illud admodū, quod idem scripsit in Matth. Homelia. 45. in hæc uerba. Quomodo fugietis à iudicio gehennæ: Nunquid sepulchra sanctorum ædificantes, an potius à malicia corda mundantes: Nunquid sic iudicat Deus, quomodo iudicat homo: Homo hominē iudicat in opere, Deus aut in corde. Quæ est aut ista iustitia, sanctos colere, & cōtemnere sanctitatēs

Duos sine studio iusti tix frusta ambent.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

**Chrysost.** Primus gradus pietatis est, sanctitatem diligere, deinde sanctos, quia non sancti ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas ante sanctos. Sine causa ergo iustos honorat, qui iustitiam spernit. Quomodo fugietis? Nunquid liberabunt uos sancti, quorum monumenta ornatis? Non possunt sancti amici esse illorum, quibus deus est inimicus. Nunquid potest pacata esse familia, domino aduersante? Quomodo fugietis? An forsitan nomen vacuum uos liberabit, quia uidemini esse populus Dei? Quid prodest meretrici si nomen habeat castum? Sic nihil prodest peccatori, si seruus Dei dicatur.

**Nolla templa diuinis exterrui, nullam fieri sacrificia debeat.**  
**Augustini.**

At uero extruere Diuis templa, & offerre sacrificia, orthodoxis patribus impietatis & ipsis simae Idololatrie habitum esse, ex testimonio D. Augustini abunde liquet. Is contra Faustum lib. 20. cap. 21. scribit in hunc modum. Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memorias martyrum constituamus altaria. Quis enim antistitium in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: ut ex ipsorum locorum admotione

COATRA ROB. EPIS ABRIN.

titio ne maior affectus exurgat, ad acuendā charitatem, & in illos quos imitari possumus, & in illum quo adiutante possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac uita coluntur sancti homines Dei, quo rum cor ad tales pro Euangelica ueritate passione in paratum esse sentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia suppetata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus, sā in uita feliciore uictores, q̄ in ista adhuc usq; pugnantes. At illo cultu quæ græce Latria dicitur: latine uno uerbo dici non potest, cū sit quædam proprie diuinitati debita seruitus: nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum deum. Cum autem ad hūc cultum pertineat oblationes sacrificij, unde idolatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerēdum præcipimus, uel cuiq; martyri, uel cuiq; sancte animæ, uel cuiq; angelio: & quisquis in hunc errorem delabitur, corrumpitur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur, siue ut caueat. Ipsi enim sancti, uel homines uel angeli exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberinorunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum cōmōti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonij tanq; dijs immolare uoluerunt: cōscissis enim uestimentis suis, confitentes & persuadentes se deos non esse: ista sibi fieri ueteruerunt. Apparuit & in angelis, sicut in Apocalypsi legi.

B

DEFEN. DOCT. CHRIST.

mus. Angelū se adorare prohibentem, ac dicent  
tem adoratori suo: Conseruus tuus sum, & fra/  
trum tuorum. Ista sibi plane superbi spirit⁹ exi/  
gunt, diabolus & angeli eius: sicut per omia tem/  
pla & sacra gentiliū. Quorum similitudo inqui/  
busdā etiā superbis hominibus expressa est, sicut  
de Babyloniae quibusdam regibus memoriae  
cōmendatū tenem⁹. Vnde sanctus Daniel accu/  
satores ac p̄secutores p̄tulit, q̄ Regis edicto pro/  
posito, ut nihil à quoq; Deo peteretur nisi a rege  
solo: Deum suum, hoc est, unum & uerum De/  
um adorare, deprecationē deprehēsus est: Lib. 22.  
cap. 10. de. ciui. Dei. Deniq; illi talibus dījs suis &  
templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & sa/  
cerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos  
autem martyribus nostris nō templa sicut dījs,  
sed memorias sicut hominibus mortuis, quo/  
rum apud Deum uiuunt spiritus fabricamus:  
nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus  
martyribus, sed uni Deo & martyrum, & no/  
stro, sacrificium immolamus: ad quod sacrifici/  
um sicut homines Dei, qui mundum in eius con/  
fessione uicerunt, suo loco & ordine nominan/  
tur: nō tamen à sacerdote qui sacrificat inuocan/  
tur. Deo quippe non ipsis sacrificat: quamuis in  
memoria sacrificet eorum, quia Dei sacerdos  
est, non illorum. Ipsum uero sacrificium corpus  
est Christi: quod non offertur ipsis, quia hoc  
sunt & ipsi.

Item

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Item in libro de religione cap. ultimo . Non diligamus uisibilia spectacula , ne ab ipsa ueritate aberrando , & amando umbras, in tenebras proieciamur . Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris . Melius est enim quaecumque uerum , quam omne quicquid pro arbitrio fangi potest . Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum , quia si pie uixerit , non sicut habent , ut tales quaerant honores , sed illum a nobis colunt , quo illuminante , letantur meriti sui nos esse conseruos . Honorandi ergo sunt propter imitationem , non adorandi propter religionem .

In his obseruemus illud . suo loco & ordine nominantur , non tamen a sacerdote qui sacrificat , inuocantur . Item illud . Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis , quo & in hac uita colunt sancti homines Dei . Illud quoque animo minime prætereamus . Honorandi ergo sunt , propter imitationem , non adorandi propter religionem . Ad hunc uero modum , ut isti catholici uiri tradiderunt , & secuta eos tota olim Ecclesia Christi credidit , & nos de cultu inuocationeque Diuorum cum credimus , tum docemus : Spem scilicet omnem in unum Deum ponendam per mortem filii sui : ab illo oranda & expectanda omnia . Cumque iustificati per fidem , pacem erga Deum , & adiutum ut filii ad patrem habemus per dominum nostrum Iesum Christum Ro. 5.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

qui eum nobis spiritum & meruit & donauit, q̄  
Deo acclamamus abba pater: nō dubitamus in  
omni necessitate ipsum nostrū patrem cœlestem  
per nomē domini nostri Iesu Christi certa fidu-  
cia benevolentiae eius adire, & orare quocumq;  
opus habemus, ut cumq; ipsi peccatores & in-  
digni. Extat siquidem certa dñi nostri promisio,  
nos exoratuos patrē, quicqd sic orauerimus.

Vt uero seria oratio & ardens, id natura sua  
quærit, ut secū orent omnia, fratres nostros ut  
pro nobis p̄cent, rogam⁹, ijs eīm eadem que no-  
bis indesinenter oranda sunt, sanctificari nomen  
Dei in omnibus, aduenire ac passim amplificari  
regnum Dei, cuncta pro eius uoluntate institui  
q̄ suauissime &c. Diuorum memoriā hic liben-  
ter ingerimus, ut cōsyderantes quod illi dum si-  
de precati sunt, nihil nō à benignitate patris cœ-  
lestis impetrarunt, pleniore & nos fiducia ean-  
dē patris nostri benignitatem pulsemus.

Si quis ibi, perpensa infinita illa Dei in hos in-  
dulgentia & facilitate, & simul illorum in nos  
miseros adhuc cōseruos suos & cōmembra,  
charitate, animi ardore huc prumpat, ut illos  
ceu presentes præsens appellet, proq; se interce-  
dere ad Deum roget: id licet in nulla scriptura  
doceat, si sicutamen fiat, nulli damnamus. Hu-  
iusmodi eīm primum ipsi Deum orant, & tota  
fiducia Dei bonitate & Christi merito nituntur.  
sanctos uero inuocant, ut una orent, non ut pro-  
se oreant

Vi p̄ij coe/  
tesa rent.

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

se orent, ipsis orare aut nō audentibns aut negli-  
gentib<sup>9</sup>: agnoscūt, ut suas, ita & diuorū, preces,  
nō ex ipsorum meritis ualituras, sed sola Dei  
misericordia, & Christi intercessione. hanc si fi-  
dunt, quālibet indigni: ut nihil dubitent, se quid  
uis exoraturos, etiā si soli orent, nullis omnino  
sanctis, p̄ eis intercedentibus, siue ijs qui agunt  
hic nobiscum, siue qui uiuunt cum Christo. In  
animis sic comparatis, ut nihil uidemus tribui  
humanis meritis, omnia uero misericordię Dei,  
& redemptioni domini nostri Iesu Christi: ita q̄  
Diuos, ut p̄ se orēt, inuocāt, licet id faciat abscq̄  
ullo & iussu & exēplo scripture, damnare tñ nō  
possimus. Atqui adhuc solum modum uide-  
mus orthodoxis patribus, sanctorum cœlitum  
inuocationem usurpatam & traditam.

Nunc autem in uulgo Christiani populi lon-  
ge secus est. Homines male sibi consci, & de resi-  
piscientia nihil serij cogitantes, cum patre nostro  
Adam reformidant conspectum Dei. Christi pa-  
trocinij ubi in mentem uenit, & ab illo absterret  
eos, quæ adhuc perstat in eorū proposito uitæ  
impuritas: hinc & de misericordia patris cœle-  
stis & intercessione Christi diffisi, hanc satanę im-  
posturam admittunt, ut putent D:Deiparæ uir-  
ginis, aliorum Diuorum & Angelorum patro-  
cilio, sibi licet in sceleribus & flagitijs suis per-  
seuerantibus impetrari posse, non impunita-  
tem modo eorum quæ scelerate & flagitiose ad-

Vt uulgo  
sanctorum  
patrocinij  
querat.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

mittunt : sed præterea ut in his feliciter pergant,  
uita scilicet longæua, & ijs rebus quæ hæc caro  
fomēta malorū expertit, affluēs . Hi quoq; quid  
aliud contendunt à diuis, q; ut Deus ipsis per il-  
lorum sanctimoniam & intercessionem conce-  
dat, diu feliciter esse imp̄is? Qua cū maior con-  
tumelia & Dei & sanctorū excogitari non pos-  
sit, cur in hanc tam crassam & immanem impie-  
tatem , uerbo Domini non grauiter inuehē-  
mur ? Et ue omnibus quibus Euangelij credita  
dispensatio est, quod hic sunt canes muti.

Sunt quidem qui dicant, sed in patrocinio di-  
uorum, id in primis quærere, ut possit innocen-  
ter & pie uiuere , àq; peruersitate sua uere resipi-  
scere : absterreri autem se impuritate uitæ suæ, in  
qua adhuc fuerunt, quo minus Deum ipsum  
oratum ueniam & cætera beneficia , adire au-  
deant . Hi profecto diligenter monendi sunt, ne  
fallant seiplos, probeq; inquirant, quæ causa ue-  
re ipsiis obster, ut non citius ad ipsum misericor-  
dæ fontem Deum, ad illum primum aduocatū  
& mediatorē nostrum Christum confugiant, q;  
ad intercessionem Diuorum, cū nemo in pecca-  
tores suscipit hoc nostro uero aduocato clemen-  
tius, nemo curat indulgentius , nemo pro redi-  
mendis ipsis plura insumpsit. qui deniq; Diuis  
eum ipsum spiritum , ut peccatorum misereri  
possint, donauit : Certe cuiuscq; animus alicuius  
indigēspēo mun⁹ respicit, unde citius sese eius  
quod

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

quod petit , sperat fieri compotem.Iam scimus  
diuos non posse uel audire nos, uel adiutos uel  
le, si in eis id non operetur dominus , à quo est  
omne bonum , & ipsi sancti , quanti sunt: Quæ  
igitur obsecro causa , ut siue stimulis agitati con  
scientiæ ob peccata nostra , siue aliarum rerum  
pressi inopia , antea ad patrocinium sanctorū,  
q̄ ad ipsam patris nostri cœlestis misericordiā,  
adeo expositum omnibus Christi patrocinium,  
certam & ad omnia efficacem intercessionē, ani  
mus sese attollat:

Indubie si isti animorum suorum recessus di  
ligenter introspexerint, si cordium suorum pene  
tralia , quæ sane perscrutari sanctis nunq̄ pos  
sunt, probe excusserint, indubie uidebunt nullā  
aliam sibi huius peruersi consiliū, & indubitatae  
à deo uno & uero defectionis, ut diuorū priusq̄  
Christi intercessionem querant , causam esse,  
quam eam , quæ male morigeros filios, & qui  
non dum parentis se uoluntati addicere susci  
tent, absterret, quo minus parentē, si quid opus  
habent , ipsi orent . Præsentient qui huiusmodi  
sunt li ipsi patrem orare instituant, illum sibi su  
am intemperantium & nequitiam exprobratu  
rum : iam cum putant se illa uitia nondum excu  
tere posse , horrent prodire in conspectum  
patris , à quo animo adhuc toto dissident.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Subornant itaq; matrē, cognatos, & quoscunq; possunt qui sibi patrem quod expetunt exorent: citiusq; eo quod cupiunt, sibi à patre imperatū, carebunt, quam ut ipsi patri supplices frant.

Idem usū uenit omnibus, quorum nō prima uota, quicquid mali præmar, uel boni desideretur, ad patrem nostrum cœlestem, per Christum dominum feruntur. Hic enim Deus nusq; non pollicetur resipiscētibus omnium scelerum ueniam, & omnimodam ut filijs beneficentiā, semperiternamq; salutem. Christus dominus inquit, Venite ad me omnes q; laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Quicquid patrem orabitis in nomine meo, id dabit uobis. Quare si quem tam blanda inuitramēta non permouēt, ut omnibus terrigenis & cœlitibus præteritis, ad hunc propitiatorē nostrum & thronum gratiæ Christum, & per eum ad patrem misericordiarum & totius consolationis ac indulgentiæ accurrat, spe optima rogaturus, quicquid requirat: hic procul dubio nondum cum Deo suo prorsus consentit, peccandi uoluntatē nondū plene posuit.

Nam qui uere sua peccata sentit, is sicut inde summe cruciat, q; offendit patrem suum in cœlis: ita trāquillo animo esse nequit, dum ei suam impietatem confessus, ueniā ab eo ipse sibi oret. Dixi inq; sanctus, fatebor aduersum me scelus meum domino, & tu remisiſti prauitatem peccati mei. Propter id fundet ad te preces omnis bonus

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

nus. Psal. 32. Non audebat prodire ille publicanus, ut pharisæus. oculos attollere ad cœlos nō sustinebat, ita pondere peccatorum suorum gra uabatur, atramen nō alium quām ipsum Deum ueniā orabat. Propitius sis mihi peccatori. Hoc erunt animo, quicunq; de peccatis suis uere do lent, gratiamq; Dei certo ambiunt, nec poterunt ad alios priusq; ad Deum, & certum illum aduocatum nostrū Iesum Christum respicere & con fugere. Vnum agnoscunt Deum, unum mediatorem Dei & hominum. de hoc habent promissiōnem q; intercedit pro nobis: hic est aduocatus noster cum peccauimus, quiq; non tantū intercedit pro nobis, sed satis facit etiam pro nobis. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. i. Ioh. 2. Hoc esse Diui nequeūt: & de intercessione quoq; eorum nihil docet scriptura, nullum extat eorum sanctorum, quos scriptura prædicat, exemplum, nulla est intercessionis promissio.

Proinde qui antea Diuorum quām Christi intercessionem ad Deum quærunt, ipsi de se haç ipsa peruersitate opis querendæ testificantur, se esse adhuc animo ut à domino nostro Iesu Christo, ita & ab ipsa iustitia solidacq; pietate abhorrente. Sentiunt in manu Dei esse omnia, huncq; infensum sibi, q; diuersa adhuc uoluntate sunt, agnoscunt: Diuos ut conseruos, non ipsam iustitiam, uti Christus est, non ita uerenē, nec offendit eos tantopere prauis suis studijs existimāt, hinc

DEFEN. DOCT. CHRIST.

ut his potius q̄ ipsi Christo supplicant. & male  
sauciæ conscientiæ suæ præsidium eo pacto &  
remedium quærentes. Non puto dicent, se ideo  
sanctos domino Iesu hac in re præferre, q̄ illi  
apud patrem plus ualeant, nec etiam q̄ maiore  
sint in peccatores misericordia.

Si iam dicant sua se indignitate à tanto patro-  
no submoueri, succurrat illud. Sicut dare non di-  
gnis, ut pius ille Picus cecinit, res mage digna  
Deo est, ita quo sceleratores homines, in eo do-  
mini nostri Iesu maius apparere decus, dum eos  
patri recōciliat. Nec eī uenit hic uocare iustos,  
sed peccatores, uerum ad pœnitentiam. Quo cir-  
ca nulla poterit alia causa esse, si non per hunc,  
per quem solum ad patrē perueniuntur, primū te  
in gratiam patris insinuare studes, quām quod  
alienus adhiuces à uera resipiscientia: idq̄ queris,  
ut impune & feliciter in tuis possis prauis studijs  
perseuerare.

Hoc in omni superstitione falsoq̄ cultu Dei in-  
est, quare etiam in id mali uates Dei tam acriter  
ubiq̄ inuechuntur. Quæ eī immanior Dei con-  
tumelia possit excogitari, quām à Deo, per suos  
spiritus, sanctos, aut alias creaturas, uel etiam  
per ipsa hominum opera id contendere, ut eius  
ope adiutus, queas diu & feliciter uitam uiuere  
impiam & peruersam. Nam aliud quid dicas pe-  
tere, eos, q̄ in uetusitate peccati perseverantes, ex-  
petunt sibi secundare omnia! Ista pestis tam non  
potest

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

poteſt abeſſe, ubi animus trepidat ante omnia in  
uocare iplum Deum per filium ſuum, quem per  
ſanguinem eius nobis propiciatorem cōſtituit,  
quām cum inuocatione uera Dei & Christi non  
poteſt non adere, totius hominis ad uolunta-  
tem Dei cōuerſio. Nam qui uſtineat iſe ei non  
totum addicere, à quo ſibi orat & expectat o-  
mnia: Hinc sancti Dei, in precatione ad Deum  
per Christum uifa, ſummam uim nos in Deum  
transformandi agnouerunt, & prædicarunt. Et  
hoc iplum nos reſtitutum in Ecclesia, probeq;  
fidelibus Christi commē datum querimus, non  
Diuorum neglectum, aut coeleſtium ſuffragio-  
rum contemptum. Amant illi nos in Christo, &  
in hoc ut proficiamus, optare non ceſſant.

Atqui cum ſcriptura tanti faciat, sanctos hic  
pro ſe inuicem precari, nec tamen uſpiam uel uer-  
bo monet Diuorum, qui in coeliſ degunt, pre-  
ces ambiendas: huius silentij quām putemus fu-  
iſſe cauam: Certe ſcriptura ad omne opus ho-  
num inſtruit, erudit ad ſalutem absolutiſſime,  
2. Timoth. 3. Tam multa & ingentia Deus iplē  
ſe teſtatur ſuis beneficisſe propter Abraham,  
Isaac, Iacob, Dauidem & huius ordinis priſcos  
sanctos: horum tamen interceſſionem quis uel  
ueteris uel noui teſtamenti sanctus, legitur unq;  
reqiuifit: Maximus inter natos mulierum erat  
Ioānes Baptista, maior adhuc Iacobus, Stephas  
nus & huius ordinis alij, regni coeloruū iam re-  
uelati

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Cur scriptu  
sa facuerit  
invocatio,  
peſancto,  
et. uelati p̄cones, hos quis dubitet fuisse Deo maxi  
mi. Paulū Stephani precib⁹ donatū multi existi  
mant: hos tamen quis unq̄ piorū, q̄rum scriptu  
ræ meminerit, legitur placatores ad Deum sub  
misisse. Id cum sine causa factum nō sit, quā ob  
secro imaginemur aliā q̄ ne fenestra aliqua ape  
rire Christi patrocinio parum fidendi, ac inde  
deflectendi ab ipsa Dei iustitia, ad uanitatem hu  
manorum cōmentorum, & mox ad securitatē  
in sceleribus: ita ut fert ingenium nostrum, & fa  
ctum passim quām crassissime uidemus.

Porrò hic monemus, qui de sua salute serio  
cogitant, ut nō putent, id esse, Deum primum in  
uocare per Christum, si dicant ante omnia ora  
tionem dñicam. Nā multi sunt, qui nō alia pre  
ce sanctos adeunt, q̄ & q̄ cum certo numero uer  
ba orationis dominicæ repetierunt, hoc ipsum  
Divis offerāt, ceu sacrificium qddam. Eum pri  
mum imploram⁹, ad quē primum & pleniore  
f. lucia in omni periculo ac rerum difficultate re  
spicimus, cui⁹ opem primis affectibus implora  
mus, cuius beneuolentia potissimum nitimur. Iā  
quotū quemq; Christianū hodie reperias, cui⁹  
anim⁹ in quolibet discrimine, omni⁹ cupidarū  
rerum inopia, ita per Christum ad Deum pri  
mum euolet, ut nō dubitet quicquid petierit, ex  
Dei beneuolentia à Christi meritis, se acceptu  
rū, etiā si nemo præterea diuorū ei patrocinet.  
Nā etiā si mens ad Deum se in primis attollat,  
anteq;

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

anteq; diuorū recordet, nō acquiescat autem in  
Dei pmissione, certa quicquid orat salutiferū,  
id se iam certo impetrasse: Deum nō dum orat  
fide, ideo nec primum: utq; diuorum patroci-  
nio confici sibi sperat, qd ipsa exorare nō potue-  
rit: ita præcipua adhuc spes ponitur in diuis,  
hosq; reipsa orat priores: utcumq; & cogitatio  
& uerba primum ad Deum ferri uideantur.

Vt ergo omnia quæ scriptura nō docet, ita &  
ista sanctorum iuuocatio res est plena discrimi-  
nis, id quod in uulgo Christiani populi proh  
dolor nimis manifestum est. nam huius occasio-  
ne eo prolapsum est, ut per parum intersit inter  
eum cultū, quem nostri hodie diuis exhibent: &  
quem olim suis dījs exhibuerunt Ethnici. Id aut  
nostros Episcopos & Theologos nihil mouer,  
est em̄ lucro, at q; nos uerū, & quē uetus obser-  
uauit Ecclesia, diuorum cultum restituere labo-  
ramus, id dignum est, ut ferro & flammis uindi-  
cetur. Deus est autem qui uidet & iudicabit hęc.  
Et qui deum timent, uidebunt hinc satis, quae  
nos hac in re docuimus, illæsa maiestate Chri-  
sti taceri haud potuisse.

Satis ista quidem erant de hoc loco, uerum  
ne uidear sciens præterisse eam rationem, qua  
aduersarij, sanctorum iuuocationem, non quā  
sancti patres, sed suam illam quæstuosam stare  
inuictam arbitrantur, paucis & hanc excutere li-  
bet. Ea ratio est huiusmodi. Sancti uera charitate  
prædicti,

DEFEN. DOCT. CHRIST.

prædicti, hic Deum orant pro hominibus, & plu  
rima eis bona exorat: nunc absoluere sunt cha  
ritate: plus igitur modo exorare ualent. cumq  
intercessio eorum ad Deum, dum hic uiuunt, pie  
à Christianis experti: maiore pietate expetit,  
dum regnant cum Christo in cœlis. Hæc ratio  
aduersarijs, prorsus irrefragabilis habetur.

In hac uero nos primum illud recipimus, id  
quod sancti nobis bene uolunt, & salutem o  
ptant, certum est ex eorum in nos charitate pro  
ficiisci, eoq, quo in illis nunc agentibus apud  
Christum, nostri charitas plenior est, hoc esse  
eos salutis nostræ audiores. Verum, an ex eo q  
modo sunt charitate perfectiore illud cōsequat,  
Diuos amplius nunc pro nobis orare, iudican  
dum est. Sancti ex charitate flent in hac uita cum  
flentibus, ergo in futuro amplius flent, istuc ne  
mo admittet. Oratio uero ut ea quidem in scri  
pturis commendatur, est anxia quædam uolun  
tatis diuinæ in nobis perficiendæ elata ad Deum  
exoptatio, fide nitens promissionis eius. Atqui  
& fides, & omnis anxietas huius tantum uitæ  
est: in futuro ut uidentur omnia, ita est animus  
per omnia tranquillus, nec ipsa expectatio resur  
rectoinis, aliquam in se habet molestiam.

Nunc Deus, quo studium sui in nobis magis  
in dies inflammetur & fiducia crescat, uult nos  
perpetuis suspirijs orare à se ea, quæ tamen an  
teq

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

teq̄ oremus, dare ex se statuit: & ad quæ à se pertenda, suo ipse nos spiritu impellit. Quo namq̄ magis assidui in precibus ad Deum sumus, siue pro nobis, siue pro alijs, ac inde etiam continuo certius experimur, quām benignus in nos Deus est, utq̄ prompte facit uoluntatem timētium se. hoc sit & persuasio, omnia à Dei bonitate perīdere, eamq̄ omnibus ipsam inquirentibus p̄stō esse, certior, & uiuendi Deo uoluntas plenior. uelut enim in cœlos sublati, Deum in sanctis precibus coram appellamus: eiusq̄ adflati nūmine, inexplicabili quadam ratione ipsi coniungimur & unimur. Tale uero nihil potest queri coelitibus, n̄ enim uident Deum, sicuti est. hinc Dei uoluntatem sicut tenent, sic in ea oblectantur, ut proficiendi in eam, cuius gratia hic precibus insistitur, cum pro nobis, tum pro alijs, causa nulla supersit. Etenim cum & pro alijs preces fundimus, eæ ad id nobis à spiritu Christi suggeruntur, ut regni Dei studio & ipsi eo magis inflammemur, & proximis ad id ipsum regnum felicius inferuiamus. Quo scilicet omnes Christi anæ actiones feruntur.

Christus Dominus intercedit pro nobis ad patrem, at id quid aliud dicemus esse, quām perennem exhibitionem sanguinis sui, quem pro nobis fudit. Spiritus intercedit p̄ nobis, sed gemi tibus inenarrabilib⁹. Sic orat p̄ nobis & angeli.

Sicq;

DEFBN. DOCT. CHRIST.

Sicq; recipimus lib. Machaborum, 2. orationem  
Oniae & Hieremiae, ad eundem modum intelli-  
gere conuenit. Describuntur hæc uerbis huius  
uitæ, qualia scilicet tantum intelligimus: tres aut  
quis non agnoscat habere multo sublimius.  
Certe nemo dicet Oniae spiritum habere manus,  
at tamen uisus est ludæ pretendere manus.

Sed fateor, uoluntatem salutis nostræ habent  
& angeli & Diui, hanc ut orationem licebit uo-  
care, nō tamen erit oratio eius generis, cuius est  
quam hæc sancti habent. Quapropter sicut non  
procedit, sancti congregantes nobiscum, sine  
intermissione pro nobis hic preces fundunt, ergo  
sic orant etiā pro nobis in cœlis, ita nec illud fir-  
mum erit, Ambientes sunt sanctorū preces dum  
hic agunt, ergo & cum regnant cum Christo. In  
precibus quæ hic habentur, est fidei exercitium,  
& profectus: & hæc causa est, cur spiritus Chri-  
sti huc impellit, ut pro nobis inuicē & oremissus,  
& orari petamus. hæc uero causa in cœlitibus  
non habet locum, non est ergo illa, ut putant isti:  
ideo firma ratio. Inuocandi sunt sancti cum hic  
degunt, ut orēt p nobis, ergo & cū illic. sed hæc  
forsitan arguta magis, q; fidei ferat simplicitas.

Abunde iam exposuimus, Diuis nos tribue-  
re nostri summam charitatem, nostræq; salutis  
gutta fidei de cultu &  
inuocatio / illos tanti esse, ut propter eos nobis plurima lar-  
giat: ad quos si quis cum per Christum patrem  
orauit,

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

orauit, certusq; est se quod orauit, etiā cum fuerit ē re sua percepturū, affectū attollat, & tanq; præsentes sibi, ut secum dominum orent, roget, uel Deum potius ut perpetua eorum pro nostra salute uota exaudire dignetur: nos eiusmodi affectum nequaq; damnare. hocq; solum detestari, plūs fiduciæ poni in illorum intercessione q; Christi, & quæ ex hac superstitione nascuntur cetera: agnoscere deniq; & docere, diuos in summo habendos precio. id autem ab ihs fieri, qui dgnos illos habent, quorum fidem totis viribus imitentur, & in quibus Deum indesinenter prædicens. Hæc de cultu & inuocatione diuorum legimus apud orthodoxos patres: sic sentit de eo omnis ecclesia Christi. Quæ præterea inuecta sunt, ipsa se produnt, à quo sint spiritu profecta. Quæ cum sola rejicimus, id facimus, quod ipsa Christi religio poscit: tā abest ut eo nos hereticos aut ullius impietatis adstringamus. Iudicent pñ.

Pari criminacione inuehuntur in nos aduersarij, propter Missam, quia sicut cultus diuorum & Missæ cum primis lucroſe sunt: & Missæ hoc amplius, quia his non Diuorum modo, sed domini nostri Iesu Christi, & omnium simul sanctorum merita promittuntur. Nos uero de hanc nihil quam quod Ecclesia Dei semper credidit, uel credimus, uel docemus.

Substantiam missæ & Schola agnoscat, quæ Dominus in sua sacra coena gessit, gerendumq;

F

DEFIN. DOCT. CHRIST.

Vbi Christus instituit. Atque dominus habuit illā ad hūc modum . Confedit cī discipulis suis , quorū nemo adhuc in eiusmodi crimine deprehēsus erat, cuius causa expelli eo sacro conuiuio deberet : sacra symbola panis & uini, & cū his corpus & sanguinem suū, rem symbolorū, unus distribuit pater omnibus: testatus est, hoc esse corpus suum pro eis tradendū , sanguinem pro ipsis peccatis fundendū , eoq; sanguinē quo constat nouū testamentū : deniq; hoc sacro conuiuio sui memoriā celebrandam commendauit.

Hinc D. Paulus collegit prīmū nō esse coenā domini, si quisq; suam, & non omnes unā celebret, eodq; monet Corinthios ut se in uicem expectarent, cū ad sacrum cætum conuenirent. Deinde ē exhiberi hic corporis & sanguinis domini communionē , qua in domino unū corpus, & unus panis sumus, & quae nos ab omni cōmuniōne dæmonum abstrahat. 1. Cor. 10.

Nostra in coena obseruatio.

Hec omnia nos studemus q; licet religiose observare. Eos tantū ad mēsam domini in uitam, qui uolunt esse domini discipuli , pendere à uestibulo eius, qui noui foederis participes esse creduntur: hic corpus & sanguinē domini, sacris symbolis exhibemus, isthuc omni studio prædicantes, hoc solo cibo & potu, hoc est, uera corporis & sanguinis domini cōmunione, constare nobis uitā æternā : sicut hæc immolata pro nobis sola potuerunt nostra peccata expiare . Nostra caro

CO A T R A R O B . E P I S . A B R I N .

caro & sanguis regni Dei hereditatem nequeunt  
percipere , quapropter carnis & sanguinis filii  
Dei participes nos fieri necesse est . His ut fidem  
homines habeant , uerecū gratos se tantis do-  
mini beneficijs exhibeant , inhortamur .

His quibus datur fidem habere , in illis fiducia  
in Christum mirifice irrobatur , charitas præ  
clare proficit , totius uitæ sanctimonia plurimæ  
instauratur . nā sicut hic cibus uitæ æternæ , uitæ  
Dei , sumitur : ita eam uitam uegetari , & profer-  
re se q̄ maxime oportet . Hinc merito , ueræ lau-  
des Dei summa animorū alacritate & flagran-  
tia , resonant , praeces pro omnibus hominum  
ordinibus funduntur ardentissimæ : uiuersæ  
hominis uires ad Deum cōtendūt , Deo homo  
totus repletur . Christum enim Deum & ho-  
minem nostri reparatorem hic manducat .  
Hinc deniq̄ sicut corpus sacrum Ecclesiæ , ex  
hoc suo saluifico pastu , summe uiget , ita exerit  
se quoq; quām efficacissime , omnis illa sacra do-  
norum Dei & uirtutis spiritus subministra-  
tio , quolibet membro pro modo suo incre-  
mentum corporis faciente , ad instaurationem  
sui ipsius in charitate . Ephesi . quarto . Quid : hic  
exhibetur quā plenissime , quæcumq; dominus  
noster Iesus Christus nobis fact⁹ est , & cōtulit .  
Itaq; existit in sacra cena , summū sacrificiū , nō  
laudum modo , sed ipsius Christi , sed & nostri  
ipsorū . Eius em̄ , qđ se Christus in cruce obrulit

Quæ tu fu-  
tra coena  
quærenda .

Vt coensia  
sacrificium .

DEFEN. DOCT. CHRIST.

uim & fructum hic cum percipimus: tum fratribus pro modo sacri ministerij & arcane sanctorum inter se societatis, communicamus. indeq; non possumus nos non totos domino consecrare, idq; benignis eleemosynarū largitionibus, erga minimos domini, studiose testari.

Hic de causis non solum priisci patres, sed Scholastici quoq; sacram coenam domini, sacrificium vocauerunt. D. Chrysostomus in epistola ad Hebreos: Homilia. 17. Pontifex autem no-

sterille est, qui hostiam mundantem nos obtulit: ipsam offerimus & nunc, que tunc oblata pridē, consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidē fit eius, quod factū est. Hoc em̄ facite inquit in meā cōmemorationē. Non aliud sacrificium, sicut Pontifex,

sed id ipsum semper facimus, magis autem recordationem sacrificij operamur. Et Augu. de diuitate Dei lib. 10. cap. 6. Hoc est enim sacrificium Christianorū: multi unū corpus sumus in Christo, quod etiam sacramento altaris fidelibus

nostrō frequentat Ecclesia: ubi ei demonstratur, q; in ea oblatione, quā offert, ipsa offeratur. Itē cap. 20. Vnde uerus ille mediator, inquantū formā serui accipiens, mediator effectus est Dei & hominū homo Christus Iesus: cum in forma Dei sacrificiū cum patre sumat, cum quo & unus est Deus: tamē in forma serui maluit sacrificiū esse q; sumere, ne uel hac occasione quisq; existimat

cui

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

rei cui libet sacrificadum esse creature. Per hoc & sacerdos est: ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei sacramentū quotidianū esse uoluit ecclesia sacrificiū, cum ipsius corporis ipse sit caput: & ipsius capitis ipsa sit corpus: tā ipsa per ipsum, q̄ ipse per ipsam suetus offerri. Huius uero sacrificij multiplicia, uariac̄ signa erant sacrificia prisca sanctorū: cum hoc unum per multa figuraretur, tanq̄ uerbis multis res una dicere, ut sine fastidio multū commendaretur. Huic sumo uero q̄ sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt. Sic scribunt de hoc sacro omnes patres.

Thomas Aquinas quest. 83. affirmat. celebra  
tionē Eucharistie dupli ratione dici immolati  
onē Christi. & q̄a sit quedā imago representati  
ua passionis Christi, & quia in ea percipit effe  
ctus passionis Christi. His apud nos nemo con  
tradicit, hoc modo addimus, quod & Thomas  
nō tacuit, eos solos participes fieri huius sacrificij,  
qui sunt uiua membra Christi, hoc est, qui  
ut ipse loquitur, cōiunguntur huic sacramento  
per fidem & charitatem.

Thomas  
Aquinas.

Hæc nostra est de sacrę celebrationē Euchari  
stie, quā Missam uocāt, doctrina: in qua cū ni  
hil penitus insit, qđ nō tradiderunt, quotquot  
catholici scriptores habent, & ipsa Christi Eccl  
esiæ semper obseruauit: hic quoq; nihil aduersari  
us habet, cur hæreſeos crimen impingat.

Impias illas Missarū nundinationes sane ex

F. 2

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

**Abusum  
miliarum  
damnamus** ecramus: manifestā quoq; istam superstitionem, qua homines, si Missæ modo adsint, quicqd uel cedant, uel uiuāt, sibi impiūtate scelerū suorū, & quæuis Dei beneficia pollicent: ubi licet explodere studeamus. Quæ em̄ possit excogitari Christi cōtumelia atrocior, q; ex eiusmodi cœnē prophanatione, à q̄ ueteres canones oēs abesse Christianos iubent, sine ulla pœnitentiæ cogitatione, sine om̄i Christi sensu, q̄rere & sperare summū Dei fauore, & beneficia maxima? Ut em̄ uulgo uiuitur ab ihs, qui tamen se haud fore beneutros existimant, quo die sacrū missæ non audierint, nimītū in aperto est. Nam cum hi omnia Dei mandata tam secure transgrediant̄, hoc uero solum ita religiose obseruent, ut quotidie adsint Missæ, quis non uidet in hac ipsa re illos pieratis suæ proram puppim & collocares?

Atqui hic dominus instituit memoriā sui, qui est hac de causa mortuus, ut nos mortui peccatis uiueremus iustitiae. hic cōmendat nobis suū corpus, quod pro nobis adserēdis ab innata prauitate immolarū est. hic sanguinē propinat, qui fusus est pro nostris peccatis. Horū uero quæ hodie ratio habet à uulgo audientiū Missas? Vbi aspexerūt sacramēta, & his corpore exhibuerūt reuerentiam, demurriturāt suas preculas, defunctos se omni religione & cultu Dei, arbitrantur ad sua impia studia reuertuntur, hincq; impetrasse se rati, Deum nunc sibi omnia auersurū mala, daturūq; optatū rerū q̄rūlibet successum,

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Prophanationē uero sacratissimi huius my/  
sterij in ihs Missis fieri dico, quæ habentē propter Quæ pro/  
phanatio/  
Missarum.  
externā modo emolumenta, nullo studio Chri-  
sti, & ab ihs, qui uiuunt flagitiose, quiq; sacrā syna-  
xim cū Christianis non celebrāt, nec mortem do-  
mini ibi prædicāt, quo fidem præsentī in Chri-  
stum instaurarēt: recitāt īm quædā, quæ nec ipsi  
perpendunt, nec ut perpendant alij exponunt, id  
quod diserte adeo Deus per D. Paulum uetuit. 1.  
Cor. 14. Quo id solum efficiūt, ut homines qui  
Missę adiunt, in ipsorū cæremonias spem omnē  
salutis collocent, sine fide, sine poenitētia, ut non  
modo nō meliores, sed etiā deteriores, utpote in  
peruersitate sua iam securiores, ab hisce sacris re-  
deant. Hæc quo loco Deus habeat, legere licet Ie-  
saïæ primo, & passim in sacris uatibus, ubi ex-  
ponit quid sentiat de cæremoniis sine studio ue-  
ræ pietatis adhibitis. Iam quo sacratiōres cære-  
moniæ sunt, hoc grauior Deo abominatio est,  
quum illis homines tam impie abutuntur.

Nouimus illud de opere operato, sed istuc est  
hic, cœna Christi, iuxta Christi institutionem ad  
ministrata: ea utiq; proderit non ex opere ope-  
rantis, hoc est, merito ministri, sed ex opere ope-  
rato, id est, ex eo, qd' institutū domini est, id qd'  
geritur. Sed proderit ihs, qui illa communicant,  
ut D. Thomas docuit, per fidem & charitatem.  
Ex uitute enim Christi, non ministrorum meri-  
tis, hæc salutifera sunt. Atqui ubi sicut sacrificus

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Sacram cœnam indigne administrat, ita etiam *ij* qui ad sunt illa indignissime cōmunicant, nempe uidendo tantū & audiendo, quæ geruntur & dicuntur, non etiam credendo & diligendo, quæ hic promittuntur & monentur: utrīc<sup>q</sup> cedit in iudiciū & condemnationē, quod institutū est ad salutem: quam etiam certo promouerent, si fide uera usurparentur, qualis qualis foret minister.

Hæc uero non nos primi detestamur: execratur eadem sancti patres, & quicquid hodie est religiosorū hominum. Quocirca nec in huiusmodi damnatione abusuum, qui circa missas obtinuerunt, admisimus, ut in nobis illa impia no uationis, ac seditionis crimina h̄creant.

De ritibus & cultu externo in celebratiōe cœnæ, Ecclesias semper sua libertas fuit: nos simplioribus utimur, quib<sup>o</sup> ufa & prima ecclesia est, quam quis dubitet ueræ huius sacri reuerentiaē multo fuisse studiosiorem, quām *ij* sint, qui hodie externo cultui tantum tribuunt.

De imaginib  
bus.

De imaginibus supereſt. Circa eas cum aduersarij nihil prope idolatriæ non permittūt, nos tamen impietatis postulant: qui aliud nihil doce mus, quām non adorandas, non affigendum illis numen Dei, id quod utiq<sup>z</sup> *ij* faciūt, qui ad certas statuas D. uirginis, & aliorum sanctorum, uota nuncupant, honores diuinos instituunt, cū alias eorundem diuorum statuas, nulla prorsus ueneratione dignentur. Addimus remouendas,

ubi

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

ubi ad impium cultum, & superstitionem in eas fiduciā prostant: ita ut pientissimus rex Ezechias serpentem æneum, prædarū illud diuinæ benevolentiæ in populum Israël magno miraculo, præstite, monumentum, confregit: ubi adulere illi incensum populus coepisset. Fuerunt catholici ueteres sancti, qui censuerunt esse contra scripturarum autoritatem, q̄ hominis, etiam Christi imago in templis Christianorū penderet. nos vero sumus hæretici, qui eas modo remotas uolumus, quæ ad certum prostant fidei offendiculum. Probatū est olim factum Epiphani, quod legitur in epistola eius quam D. Hieronymus latinam fecit, qui uelum disrupt, quod in Ecclesia quadam pendere uiderat, habens imaginem crucifixi, uel sancti alicuius. scribit enim se non animaduertisse. Nobis ergo quæ causa, ut tātopere succenseant studiosi imaginum?

De uotis quoq; & ecclibatu aduersarij nos  
grauiter incessunt, de qua re mirum qui non pu-  
deat eos contra nos uerba facere. Vbi enim illi sa-  
cerdotes uere celibes? ubi Monachi qui sua præ-  
stant uota? De multitudine loquor, & ijs, q̄ ho-  
die ecclesiarū gubernacula regunt, præcipuoſq; eius prouentus recipiūt. Nos, ut omnes cum ue-  
teres tum recētores Theologi censemus, ea mo-  
do posse uoueri Deo, quæ certum est Deum in  
unoquoq; probare. & si quis contra uouerit, id  
non debere ratum haberi, cum Dei simus, non

De uotis &  
ecclibatu

DEFEN. DOCT. CHRIST.

nostri. Cum itaq; hodie tam innumera cestorū multitudo , qui celibatum uouerunt , præstare autem ne somniant quidem: nos plane id iudicamus , quod & D. Cyprianus in epistola. 1.lib. 1. de uirginibus, quæ se Deo consecrauerant, nimirum illis melius esse amplecti sanctum connubium, quam uri. Quam pauci sint, qui illud percipient, se propter regnum coelorum castrare, res ipsa clamat. At qui cui istuc Deus non donat, & uritur, uerbum hoc domini, Melius est inire matrimonium quam uri, nullum hominum uel uerbum uel præceptum reddiderit irratum . Cumq; Christianorū sit semper amplecti quæ sunt meliora , nullis possunt uotis depelli ad deteriora. At uero D. Cyprianus non solum eos qui non possunt, sed etiam qui nolunt coelatum pure & sinceriter præstare ad remedium uocat coniugij . Sic habent uerba eius . Quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudice & caste , sine ulla fabula perseverarent: ita fortes & stabiles præmium uirginitatis expectent . Si autem perseverare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubat quam in ignem delicijs suis cadant. Hæc ille. Scio quid obsecere soleant aduersarij , quando ex illo Christi, non omnes capiunt hoc uerbum , dicimus. si qui non possunt continere. credenti & oranti inquiunt, nihil esse impossibile : uerum interire ipsi quidem , nullum huius fidei & orationis exemplum

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

exemplum præbent. Fidem & orationem ex si-  
de, nisi oportet certa promissione Dei, at ubi no-  
bis promissus coelibatus in uniuersum.

Sed iudicent inter nos & aduersarios istos no-  
stros, puritatem uitæ qui uere amant. Nos illis  
qui continere non possunt, uel simpliciter, uel  
quia non satis uolunt, hęc prædicamus. Propter  
fornicationē uitādam quisq; habeat suā uxorē,  
unaquæq; suum maritum: melius esse iungim  
rimonio quām uri. Paulum nemini uoluisse in-  
iñcere laqueum suadendo cœlibatum: nec posse  
igitur quenquam sibi ipsum laqueum iñcere  
uoouendo. Si peccatum est stulte uouendo, non  
accumuletur id perdite scortando, aut admitten-  
do, cuius infamis est aula Romana. Dei sumus  
antequam quicquam uouere possumus: idcir-  
co non tenere, si quid uouimus, quo eo nobis  
non profit, ut uiuamus Deo, p̄ijs omnibus in  
confesso est.

Quid uero aduersarij? illi nec modum nec si-  
nem faciunt inculcando, reddendum esse, quod  
uotum est. Et si uotū cœlibatus, maxime perpe-  
tui, nullo uel exemplo scripturæ cōmendatum le-  
gerint. Cumq; multa uota dispensabilia, id est,  
remissibilia faciant uotum cœlibatus, præsertim  
in sacerdotibus & monachis, solenne ac ita irre-  
missibile esse definiūt, tamen si utrumq; Pontifex  
aliquando

DEFEN. DOCT. CHRIST.

aliquando remiserit, interim ad istā tā flagitiosam & conspurcatā sacerdotū & Monachorū uitam, negry quidē. Omnia lusus sunt. Cumq; canones sacerdotē concubinarium, etiā Ecclesia enīciant, nō deponant modo, eū autē qui ex ore duxerit deponat tātum, illi concubinarios, i. mō scortatores, adulteros, & his nequiores, summis ornant dignitatibus: canonesq; accommodat moribus, ut Lesbij structores, suam regulā lapidibus. Episcopi superioris & melioris sæculi ex communicarunt eos, qui à sacro ministerio quēq; matrimonij causa putassent arcendū: nosfiri, si quis maluerit esse castus maritus in domino, q; impurus scortator cū hoc sæculo, hunc iā nō sunt contenti deposuisse munere ecclesiastico, id quod canones iubent, & iñ modo, qui posteriore ac etiā deteriore Ecclesia tempore nati sunt, capitali præterea afficiendū supplicio iudicant. Dominus respiciat ecclesiā suam, & donet agnoscī tandem eos, qui restituendis, quiq; destruendis Christianis legibus & institutis, incūbunt.

De ieunij

Queruntur aduersarij multū etiā de ieunij, festiuitatibus, & alijs ecclesiae obseruationibus à nobis oblitteratū, cum tamē nō sint, qui harū rerum minore q; ip̄i cura tāgantur. Quā Apostoli in his Ecclesijs libertatem reliquerunt, & ipsæ quoq; inoffēse olim retinuerunt, manifestum est. mens siquidem Christi & Apostolorū erat, ut scribitur in Ecclesiastica tripartita hystoria, conuer-

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

conuersationem rectā, & Dei prēdicare culturā.  
lib.9. Nos tamen in his, modo puritas obtineat  
Euangelij, studebimus fieri omnia omnibus. Ni  
hil certe est, quod mallemus, q̄ usum sacrarum  
precum, & ieiuniorū, aliarumq̄ sacrarum in ec  
clesia obseruationū restitui. Nam qd harū rerū  
uulgo supereſt, ah q̄ nulla ex parte responderet,  
ijs, quæ ſunt tradita ab Apostolis, & sanctis pa  
tribus ē. Vbi hodie, qui quod ſit uerum ieiuniū,  
quæ uera poenitentia, uel nouerint, ut hæc qui  
dem sanctis olim in uisu fuerunt? Sed oremus  
Dominum, ut det eā mentē his, qui Ecclesiarū  
uolunt haberi proceres, ut ſustineant corrigere,  
quæ pietatē penitus euertunt, quæq̄ ſic ſunt, ut  
propter ea illos ipsorum canones nō ſolum fa  
cro deñciunt ministerio, ſed etiā Christi ecclēſia  
in totum profligant: in nobis pfecto mora nul  
la erit, quo minus quicquid eſt ueterū obſerua  
tionum reſtituatur. & ſi quid præterea facit uel  
ad ſeueritatem discipline Ecclesiasticæ, uel ad id,  
ut rudiores ad uitam Christo dignā cōmodius  
inducantur, aut ullo pacto eo, ut religio noſtra  
ornetur, iſtituatur, & obſeruet q̄ sanctissime.  
Hoc ſiquidem unum querimus, ut Christus q̄  
latiſſime regnet, ea ſola ſubmota cupimus, quæ  
incrementis regni huius obſtant. Id quod agno  
ſcent, quotquot ea quæ Christi ſunt queunt per  
cipere, & uolent ut par eſt, de nobis ex hiſ quæ  
hactenus in noſtra Apologia expoſuimus ſta  
tuere

DEFEN. DOCT. CHRIST.

tuere. Quis enim quę nos sentimus, nobis noue-  
rit melius?.

Sed hic occurrit nobis aduersarius. Primum  
accusat, qđ nostra inuexim⁹, nulla de eis cum Ec-  
clesia p̄missa collatione. At qui nos ut audire-  
mur, à nullis adhuc Episcopis, quālibet suppli-  
ces id & assidue orauerimus, impetrare potui-  
m⁹. sic quidē, ut remota ui, & p̄sentibus uiris  
bonis & Christi amātibus, iuxta scripturā excu-  
tere omnia licuisset. Et quid in his ualeat hodie  
uulgas Episcoporū, quid spectent pleriqđ The-  
ologi, studiosi ueritatis, quibus solis nos cauſā  
nostrā approbare querimus, minime ignorant.

Ad quid sy-  
nodus.

Deinde ubi Synodū imploram⁹, ob̄icit no-  
bis, Ecclesiā ante restituendā in integrum, spoli-  
atā per nos suo ritu, sua obedientia. At cum nos  
nihil haec tenus qđ confessas labes doctrinę & ui-  
te certāqđ peruerſionē obedientiæ Christi incessi-  
uim⁹, qua obsecro possessione Ecclīa deiecim⁹.  
Nihil uolet ecclesia cōtra Christū imperare, nul-  
lum uel dogma uel ritum agnoscit suum, qui à  
placitis sponsi sui uariet: quae uero cum Christi  
præceptis congruunt, nos haudquaqđ conuelli-  
mus. Si quid secus per nos admissum est, profi-  
tere Episcope huius indiciū. Sed ipse satis agno-  
scis, istuc te nulla ratione, quae sit digna Episco-  
po, ob̄icere, nā multo meliores Episcopi olim  
quicquid quamlibet pestilentes & seditionis hære-  
ticū turbassent, quotiescumqđ discussio quære-  
batur

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

batur uel dogmatum, uel rituum ecclesiæ, nullam causificati restitutionē, coire in domino nihil grauabantur. Confugis itaq; eo, frustra Synodus coiturā, q; iudicata nequeant reiudicari, nec quassari, ita scribis, ab alio Concilio, decreta aliorū, istuc uero tantum dē ualet. Quot em̄ ob unius errorē Arrij opprimendū coacta concilia sunt? nec est tamen resciſſum in posterioribus, quod fuisset in prioribus constitutū. Sed q; primis conuentibus nō fuerāt satis explicata, aut nō tā multis persuasa, ea in sequētibus elucidare clari⁹, & cōfirmare certi⁹ sancti patres studebāt. Deinde sic habēt res hominū, ut in Ecclesiasticis quoq; rebus salubriter iustituta, non minus salubriter aliquando immutentur: id quod nisi Pontificis Romani defensores admittant, quo quæſo colore defendant, Ecclesiæ Christi per illos, eiusq; ministerijs diuersam adeo personam inductam, ab ea, quæ Apostolicis temporibus fuit. Concilium Apostolicum, illud Hierosolitanum, statuit, abstinentiam sanguine & suffocato: utrumque posteriora consilia remiserunt: Synodus magna Nicena iudicauit perniciosum laqueum, si celibatus ordini ecclesiastico indice, retur: posteriores Synodi diuersum iudicarunt. Gangrensis Synodus iuxta scripturam censuit anathema, si quis propter uxorem, Episcopatū munere min⁹ haberet idone⁹: id anathematis ut sunt ueriti, q; in sequētib⁹ cōcilijs p̄ualuerūt: In Con-

DEFEN. DOCT. CHRIST.

In Constantiensi Synodo definitum est, hæreti/ cum habēdum, adserere Pontificis autoritatem, maiorē autoritate concilij, diuersum statuit Sy/ nodus Lateranensis . Sed quid hic uerba prodi/ go? Tu Episcopus cum sis , & canonum simul acq legum scientiā præ te feras , solidiora debe/ bas obiūcere. Nos hoc non agimus, ut quæ be/ ne iudicata sunt, reiudicentur , aut probe statuta immutent. id quærimus & molimur, ut quæ pie iudicata & sancte constituta sunt, male auspica/ torum hominū audacia, uindicentur, suoq; lo/ co restituantur,

*Quare cor/ rectasint  
quædam.* Hic si quem bonum offenderit , q; in externis tamen illis Ecclesiæ ritibus , immutationem no/ bis aliquam permisimus , & puter, quæ uniuersi Christiani tanti faciunt, & obseruant communis ter, ea non debuisse immutari à paucis: is cogitet quanta his ipsis externis ceremonijs uulgo Chri/ stiani inhæreant superstitione, utq; omnem pro/ pe in his religionem collocet: & eam sane super/ stitionem nulla re alia magis confirmari , quam ea ipsa tam religiosa & uniuersali harum rerum obseruatione. Quo itaq; loco ritus isti & cultus habendi sunt , singulari nobis diligentia docen/ dum fuit. cumq; nimia illa & fidei grauiter offi/ ciens rerum istorum admiratio, autoritate sancto/ rum patrum & ecclesiæ defenderetur , id facien/ dum certe nobis fuit, quod D. Paulum fecisse le/ gimus , cū pseudapostoli cæremonias Moseos, autori

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

autoritate legis & maiorū gētis Israelicāe p̄/ postere commendata, obtrudere Christianæ plebi, cum iactura fidei molirentur.

Docendum itaq̄ fuit, omnem ecclesiæ potestatem, non esse nisi ad ædificationem. 2. Cor. 10. Petrum & Paulum ac totum muridum, nostrū esse, nos uero Christi. 1. Cor. 3. in fide & dilectione cultum uerum Deisitum: deniq̄ neminem debere iudicari propter illa externa, quæ ipso usu consumunt. Coloss. 2. & cætera quæ in his continentur. Hæc iam sua requirebāt exempla: utq̄ retinebant sua mordicus aduersarij, ne prōdere libettas Euangelij, neganda aliquando fuit. Titi circumcisio, & palam usurpandum, quod illicitum putabat supersticio. Quo etiam nos rerum istarum uerum usum exponere diligentius laborabamus, eo pertinacius aduersarij superstitionem propugnabant, & summa ui contra omnem Christi doctrinam insurgebant. Praesules ecclesiarum, nulla penitus ratione adduci poterant, ut ullam de hisce obseruationibus collationem admitterent., abusus manifestissime impios, & in ipsis damnatos canonibus faciebant Apostolorum & ecclesiæ traditiones.

Sic cū illi nos abieciſſent, & hostes iudicauifſent, nos enim à reliquis ecclesijs nō receſſimus, Christo Domino nostro relictī, iuxta ipsius uerba, & ad eum usum, qui potuit apud nostros edificationi fidei esse accommodus, correxiſſimus

G

DEFEN. DOCT. CHRIST:

quædam, at ea tantum quæ iam illæsa pietate ferri non poterant. Sic eñ hanc correctionē moderati sumus, ut nihil prorsus submouerimus eorū, quæ in prima Ecclesia fuerunt obseruata, aut nō apertæ superstitioni seruirēt: nihil assūm pserimus. quod nō & ipsis Apostolis in usu fuit, certaq; uerbi Dei autoritate nitatur.

Hic quoq; nihil nobis sine imitabili exemplo permisim⁹. quid Mose, quid omnes pphetæ & pñ reges in ea designarint: quæ superstitioni aliquā mācipata fuerūt, etiā si eiusmodi res essent, quib⁹ boni bene uti potuissent, sacræ literæ testantur. Eten⁹ ut vulgo id quod superstitionem est, uere in abominationē adducat, uerba sepe nō sufficiunt.

Sed quid hic multa op⁹ defensione, apud Christianos dumtaxat? Nos nihil prorsus nō iuxta uerbum Dei, & melioris Ecclesiæ obseruationē correximus, aduersarij autem nihil prope Apostolicæ & doctrinæ & obseruationis, nō aperi tissime euerterunt, dum sic in suas cæremonias, sed sibi quæstuosas, fecerunt homines cōfidere, & illi scilicet nos impia nouationis, & seditione perturbationis accusant. Corrigāt ipsi quod in eorū et doctrina & uita citra omnē dissimulatiō nem, cū uerbo Dei pugnat, in nobis si offendit extenorū rituū uarietas, quæ tamē in prima & meliori ecclesia fuit fidei cōmodo, sublata est in posteriore & deteriore, luculento fidei damno, nos ut antea diximus, nihil omnium obseruationum

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

tionū detrectabimus, quæ ullo modo salua fī  
de Christi tolerari poterunt.

Porrò dum admonemus eorum, quæ nemo  
bonus nō deplorat inualuisse in Ecclesia uitia,  
contendit Episcopus hic noster, nos nō debere  
admitti, quia criminemur alios, heretici scilicet  
& scismatici, eo q̄ nemini licentia criminādi per  
mittēda sit, nisi prius se scelere quo tenet exuerit  
& ad hoc probandū & Canonē & Legē addu-  
cit, quasi uero nos iam hæreseos & scismatis cō-  
uicerit, ac de eo questio sit, an accusare is debe-  
at, qui sit in crimine grauiore, & nō potius, an  
nos hæreseos & scismatis teneamur. Nouimus,  
nihil ferendū minus, q̄ rationē ab altero uitiae  
reponscere eū, qui nō possit suæ reddere. Hoc ue-  
ro pernegam⁹, istis nos hæreseos & scismatis cri-  
minibus ullo pacto esse affines: quę autē in Eccle-  
siasticis inualuit, & doctrine & uitę impuritas,  
utiq̄ necessaria sit synodi q̄ seuerissima corre-  
ctio, nō nuper adeo quiritantur, quotquot pro-  
fectū regni Christi ex animo querunt. Christia-  
ni, qui sunt sui ipsorū accusatones initio, non  
querunt ista persugia. quanti em̄ intersit Eccle-  
sias, ut Episcopi sint inculpati, quis nesciat? qd̄ tñ  
non eo dicim⁹, q̄ nulla putemus in Ecclesiasticis  
ferenda uitia, nam ipsi quoq̄ nim̄s prohdolor  
urgemur, adeo tñ in diuersum isti uocationi,  
corū ferri studia, q̄ Ecclesiarū admouent̄ guber-  
naculis, cur nō quererem⁹ q̄ etiā Christi sum⁹.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Sed satis de eo, quod abhorreamus ab omni factione & seditione in Ecclesia Christi, ab omnino falsa doctrina, ac peruersis ritibus, quam primaria defensionis nostre partem fecimus. Ex his dogmatis & institutis nostris exposuimus, quae Christi studiosi facile iudicabunt, ut indigne sit in nos hic Episcopus isti sciminibus debacchatus. Nihil itaque contra nos, quod de ferendis malis, ex Augustino adduxit: intra huius sancti uiri indulgentiam libenter consistimus.

**Secunda pars**  
**defensionis.** Deinde de S. Eucharistia satisfaciemus, quem locum sibi aduersarius noster peculiariter delegit, in quo odij & importunitate suae stomachi in nos repurgaret. Quoque istuc aliquo faceret colore, mea quidem uerba, suae inferuit criminatio, interim tamen contra ea ipsa mea uerba, quae licet roties repeatat, scribit scopum mihi in ihs quae de sacra coena dissero, in hoc consistere, ut probem uerba illa Christi sacrosancta, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, sic esse intelligenda, ut in Eucharistia non sit uerum corpus Christi, sed eius tantum signum aut symbolum. Iam que mea ipse uerba adducit si habent. Porrigendo ergo panem, ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc est, sicut trado uobis panem edendum ore corporis, ita dono uobis corpus meum edendum animo. Item Paulo post adfert & ista mea. Ergo panem ore et corporaliter, corpus uero suum animo

**Caput ac-  
cusationis  
circa Eu-  
charistiam.**

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

animo spiritualiter manducandum hic prebuit  
Cum his reliqua mea de hac de rescripti omnia  
consonat. Enarrationem huius loci, quam adeo  
sæue hic Episcopus exagitat, sic condudo. Da di-  
scipulos ueros Christi, erit utiq; Christus in me-  
dio eorum, uereq; pascet illos, ad æternā uitam,  
uero suo corpore, & sanguine. Quid iam dice-  
mus frontis esse isti Episcopo, q; aulit de me scri-  
bere. Scopum mihi in hac uerborum domini ex-  
planatione in eo consistere, ut probem in Eucha-  
ristia non esse uerum domini corpus & sangu-  
inem: sed tantū signum aut symbolum eius. Sic  
cine agere Episcopi est: interim nihil potest fingi  
tam atrox & leuum, quod huius causa criminis  
in nos non euomat.

At priusq; nos ipsos purgemos: responden-  
dum est pro Luthero, quem, hic cōmunis aduer-  
sarius uocat, seditionis fontem, nos autem gra-  
tias ingentes patre cœlesti agimus, qui per illum  
summā Euangeliū, fide domini nostri Iesu Chri-  
sti omnem nobis salutem constare, mirifice & fe-  
liciter nostro sæculo restituit. Hunc æque ut nos  
impudentissima calumnia impetūt. Nam cū ille  
ex eo, q; dominus, panem porrigenz dixit, hoc  
est corpus meū, affirmat, in sacra cœna uere da-  
ri, adesse, & edi domini corpus, transubstanti-  
ationem autem nō recipit: hic noster Episcopus  
infert, eum dicere Christū impanatum, aut sicut  
ferrum dicitur ignitū, uel sicut est incarnatus, ex

Defensio  
Lutheri.

DEFEN. DOCT. CHRIST:

quo sequi oporteat inter panem & corpus Domini esse communicationem idiomatum. Hæc postquam Lutherò ex suo somnio tribuit, mis̄is in eum debacchatur conuicjjs, & quæcumq; ex eo consequi possunt, si quis dicat panem, ipsum Christi corpus fieri per identitatem, ea omnia in esse sententia Lutheranæ impie scurratur, ut Deum in pistrino pistum, in cibano coctum, in orelaceratum & tritum, in uentrem de lapsum. Item, panem esse immortalem, sapientem, omnipotentem. &c.

Vt Lutherus panem uniat et corpus Domini,

Lutherus autem diserte & copiose docuit, in hac oratione, hoc est corpus meum, cum, hoc, panem demonstrat, non esse prædicationem identicam, & inter panem & Domini corpus, sacramentalem modo unionem affirmat. Simile quidem adduxit ferri candentis, sed in hoc modo, ut ostenderet duas res sic interdū coniungi, ut pro una quodam modo habeantur, utriusq; appellatione seruata. Nam demonstrato ferro ignito, dici possit, hoc ignis est, &, hoc ferrū est. Sic demonstrato pane Eucharistię recte dici, hoc est panis, &, hoc est corpus Domini, eo quod panis & corpus Domini sacramentaliter coniuncta sint. Sic scribit alibi. Vinum offertur in cantharo, quæ duæ res uinum & cantharus quum aliquo modo unitæ sunt, demonstrato cantharo dicit, hoc uinū est, & fertur demonstratio ad sensum quidem in cantharum, ad intellectū autem,

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

tem, ad uinum, & id præcipue. Hanc Lutherus nūc adseruit, Panis est corpus Christi, ne dum per identitatem, sed hoc, demonstrato pane Eu- charistiæ, est Christi corpus, quia cum hoc pane corpus Domini in sacramento, uere cōiunctum est, & cum eo nobis exhibetur.

Hec uero unio, et si, ut ipse Lutherus affirmat, tantum sacramentalis sit, non naturalis, nō per sonalis, nec etiam formalis, qualis erat spiritus sancti, & formæ colubinæ, in qua ille apparuit, aliquam tamen communicationem idiomatum efficit. nam quæ pani proprie cōpetunt, ut tangi, uideri, dentibus cōteri, ea corpori Domini, propter hāc unionem sacramētalem recte tribuunt, & si corpus domini per se nihil horū pati possit. Hanc arbitror idiomatum cōmunicationem nō ibit aduersarius inficias, cū eam iubente Pōtifice Nicolao confessus sit Berengarius recantans. Sic apparet spiritu sancto in speciæ colubæ, licet sola hæc species oculis proprie caperetur, dicit tñ Iohannes uidisse spm lctm. Ita de patrib. quib. ap- paruerūt angeli, memorat scripture, q[uod] uiderint angelos, cū flāmam modo conspexerūt, in qua illi se angelici spiritus hūano obtutui ingererāt.

Hac uero cōmunicatione idiomati in Eucha-  
ristia, D. Patres libenter usi sunt. D. Chrysost.  
Homelia. 83. in Matt. Quam multi sunt q[uod] dicūt,  
optarim uidere formā eius, figuram, uestimentū  
ta, calciamenta, ecce ipsum uides, tangis, & edis.

Quæ com-  
municatio  
idiomatum  
inter panē  
& corpora  
Christi.

DEFEN. DOCT. CHRIST:

In sacramentis siquidem cum nobis inuisibilia Dei, per uisibiles res exhibeantur, harum etiam appellationem accipiunt, & per ea quæ his cōpetunt, illorum uis explicatur. Aliter enim res spirituales tradi nobis non possunt. Baptismate suo Dominus nobis exhibit ablutionem peccatorum & regenerationem spiritus, hictingere & lauare, assignantur spirituis sancto, & cor mundare, ac innouare, aquæ. Vnde hoc aquæ inquit D. Augustinus, ut corpus tāgat, & cor abluat. In eo aut̄ creaturæ minime addicimus, quod est creatoris, uel cōtra:nec ullam facimus corporis gloriosi Christi & panis naturalem permixtionem, id quod hæretici quidam nobis calumniose hodie impingunt, & sacramentalem illā unionem indicibilis impietatis accusant. uident enim ea ad missa, Ecclesiarū unionem coire. Nos certi nullos homines de his rebus posse melius loqui, q̄ in scripturis ea exposuit spiritus sanctus, hunc sequemur, quicquid insaniant hæretici, & ad exprimendum id, q̄ dominus dona sua spiritualia per ministrum Ecclesiæ & sacra symbola exhibere dignatur: baptismum sane lauacrum regenerationis, & peccatorum ablutionem libenter appellabimus, Eucharistiam, ueram domini manductionem. Vere namq; & per baptismū uera regeneratio, & a peccatis mundatio, & per Eucharistiam, uera domini Iesu communio, & ad uitā æternam cibatio, offertur & percipitur.

Itaq;

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Itaq; cum dixit dominus, hoc est corpus meum,  
hoc, duo demonstrat, sensibus quidem panem,  
fidei autem, & hoc præcipue, ipsum domini cor-  
pus, utcumq; nec tinctio illa aquæ per se regene-  
ret, & peccatis abluit, nec panis Eucharistiae id  
ipsiū natura sit, quod corpus domini: Sic si quis  
demonstrata tinctione sacra, quæ uisibiliter ad-  
ministratur, dicat, hoc est ablutio peccatorum,  
similiter, hoc, aliud ad sensum, aliud demonstra-  
bit ad intellectum, ad sensum uisibilem tinctio-  
nem: ad intellectum credentem, saluificam ho-  
minis inuouationem,

In his quid ita insani, stulti, impij, blasphemij,  
quibus hic Episcopus noster furit cōuicq;? Sed  
hunc morem habet, affingit nobis quæcumq; ei  
odium nostri potest excogitare, tū non aliter in  
nos debacchatur, q; si horum omnium depre-  
hensi & manifesti essemus.

Post Lutherū inuadit Oecolāpadiū & Zuing-  
liū, quib⁹ id honoris defert, q; nō sunt noui hic  
erroris inuētores, ut Luther⁹, sed ueteris, Beren-  
gariani scilicet adsertores, & idipsum mihi q; q;  
deinde impingit, Verum sicut Lutheri, ita & ho-  
rum, ac meam sententiam malitiose peruerit.  
Negamus quidem panem idipsum esse natura,  
quod corpus domini, & panem si in se consyde-  
res, nihil q; symbolum esse corporis domini ad  
firmamus: eo autem tam non inficiamur cor-  
pus domini uere in coena exhiberi, ut summæ

Defensio  
Oecolam.  
& Zuing.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

damnemus impietatis , quicunq; id inficias iue-  
rint.

Sed dicent hic etiam boni. Si Oecolampadius  
& Zuinglius agnouerunt in sacra ceena adesse,  
& edi corpus uerum domini, & uerum eius san-  
guinem , nec sola hic exhiberi symbola : Luthe-  
rus uero non facit , panem corpus domini dici  
per identitatem , unde nam extitit tam grauis illa  
inter hos concertatio?

Vnde diffi-  
diū circa  
Eucharistia  
Causam huius equidem existimo me habere  
plene compertā , eam igit̄ bona fide exponam.  
Sacri ministerij in administratione Euāgeliū & sa-  
cramentorū Oecolampadius & Zuinglius uo-  
lentes crassę illi, quā uulgas concepat de p̄sentia  
dñi in eucharistia opinioni, qua multa sane nitiſ  
supersticio, occurrere, exposuerūt hāc orationē  
domini, hoc est corpus meum , per hanc, panis  
hic est symbolum, uel figura corporis mei. Istud  
Lutherus ita accēpit, ac si illi nihil quām panē &  
uinū corporis & sanguinis domini inania sym-  
bola in cœna agnoscerent . Nam extiterant alij  
quidam , qui hac in re symbolorum propenul-  
lum usum fecerant. Cum autem negaret Luthe-  
rus tropum inesse his uerbis domini, hoc est cor-  
pus meum, & contenderet, est, accipiendum sub-  
stantialiter , Zuinglius & Oecolampadius pu-  
tarunt Lutherum statuere inter panem & cor-  
pus domini, aliquam unionēm naturalem.  
Transsubstantiatione enim reiecta , dicebat de-  
monstra-

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

monstratiū hoc, panem demonstrare. Vbi uero dicebat in pane est corpus domini realiter & corporaliter, uidebat illis statuere p̄sentiā localeē. Quemadmodū ergo Lutherus ppter interpretationem, quam adserebant Oecolampadius & Zuinglius, eos iudicabat inania modo symbola in sacra cœna relinquere: ita censebant hi, Lutherum, ex eo q̄ repudiato tropo, affirmaret, panem in sacra cœna esse substantialiter & corporaliter corpus domini, sentire, panem in sua substantialia & corpore, id ipsum esse, quod domini corpus, uel corpus domini localiter in pane includi, aut certe alia quapiam physica ratione cum pane uniri, in qua de Luthero opinione fateor ipse quoq̄ sui. His de causis exorta est dira ista inter hos circa hoc sacrum digladiatio. Lutheruſ defendantे, ueram in cœna domini præsentiam & manducationem, quam tamen illi non negabant, uidebantur autem negare: & illis oppugnantibus, naturalem modo inter panem & corpus domini unionem, & manducationem Christi corporalē, quæ quidem ad ipsum corpus per se pertingat: quam tamen Lutherus nunq̄ statuit, uisus aut̄ est eam statuere. Sed euulgauit paulo post Lutherus pleniorē sententiae suae confessionem, in qua diserte scripsit, se nullam aliam quam sacramentalem inter panem & corpus domini unionem statuere, & non quemlibet hic se tropum rejicere, sed eum modo,

qui

DEFEN. DOCT. CHRIST.

qui ueritatē præsentiae Christi in coena excludit,  
qualem reputat esse metaphoram, Synecdochē  
enamq; hic agnoscit. Hinc patere cepit, cum di-  
cit panem esse ſubſtantialiter, eſſentialiter, & cor-  
poraliter corpus domini, eum non uelle, panem  
ſecundum ſubſtantia, eſſentiam & corpus, eſſe  
id ipsum, quod eſt domini corpus, ita ut uerba  
hæc uulgo accipiebantur. ſed ſimul cū pane, ip-  
ſum uerū corpus, in ſua ſubſtantia & eſſentia ex-  
hiberi, non tamen ratione corporali, uel natura-  
li, quam eo excludit, quod negat ad eſſe hic cor-  
pus domini quantitatue, qualitatue, & localiſ-.

Ab eo itaq; tempore nobis ſemper uifum eſt,  
in re ipsa nullam ſuper eſſe inter hoc controuer-  
ſiam. De uerbis quidem, quibus utrinq; teſtare-  
mur, corpus & ſanguinem domini in coena ex-  
hiberi non potuit conuenire inter omnes. Dum  
enim dicitur: corpus domini adeſt, & editur rea-  
liter & corporaliter, quæ uerba Lutherus pro-  
bat, Oecolampadius & Zuinglius putabant,  
uulguſ intelligere corpus domini uniri cum pa-  
ne ratiōe quadā naturali, per corporaliter enim  
ſignificari quantitatue, qualitatue, & localiter.  
Ita cū dicitur: Corpus domini adeſt contempla-  
tione fidei, quæ uerba Zuinglius uſurpabat, uel  
adeſt & editur ore fidei, quæ uerba posuit non  
Oecolampadius modo, ſed & Brentius qui ha-  
betur Lutheruſ per omnia cōſentiens, Lutheruſ  
exiſtauit, ueram domini in coena præſentiam  
& man-

Vnde co-  
uigatur eſſe  
in re cō cor-  
diam.

CONTRA ROB. EPIS. AERIN.

& manductionem non satis exprimi. sensum  
enim horum uerborum posse esse, ferri fidem in  
Christum absentem.

Nos autem cum reuera præsentem dominū  
in coena, uerumq; eius corpus & sanguinem hic  
exhiberi nobis, certo credamus, & illos ita credi  
dissē, & qui eos uidentur hodie sectari etiā num  
credere, ipsis ita consitentibus, non dubitemus:  
id efficere laboramus ut utrinq; uerba hic usur/  
pentur scripturæ & sanctorum patrum, ut dica  
mus corpus & sanguinē domini uere adesse &  
sumi: omisis ijs loquēdi modis, tam quibus ui/  
derī possumus sensibus aut rationi, perceptibilē  
dominum facere: quam quibus absens mōdo  
contemplationē confiteri: maxime aut uitanda,  
qua Sophistæ hic uerba ingesserunt. Arcana cer  
te & nō huius saeculi ratio est, qua hic nobis do  
minus & adest, & manducatur: tam uere tamen  
ac solide utrūq;, ut D. Paulus cū dixisset, Pa/  
nem quem frangimus, calicem circa quem Chri  
stum prædicamus, esse corporis & sanguinis  
domini communionem, subiecerit. Quia unus  
panis, & unū corpus multi sumus, utiq; in Chri  
sto. Ex quo loco, & ijs quæ domiuus Ioh. 6. de  
māducatione carnis suæ differuit, sancti Patres,  
Hilarius, Chrysostomus, Cyrillus, & cæteri  
affirmarunt, Dominum Iesum in nobis habita/  
re & uiuere non iam per fidem solum & dilecti/  
onem, ceu absens, sed etiam naturaliter, carnali/  
ter,

DEFEN. DOCT. CHRIST.

ter, & corporaliter, quia suam naturam & carnem nobis communicat, suaque nos membra efficit, idque omne nobis in sacra Eucharistia exhibet. De qua re Hilarius lib. de Trinitate 8.

Hilarius.  
De ueritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra, uere caro est, & uere sanguis est. Et haec accepta atque hausta id efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc ueritas non est: Contingat plane his uerum non esse, qui Christum Iesum uerum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc quod nos sumus, in Deo est. Et post quaedam. Haec ergo uitae nostre causa est, quod in nobis manentem per carnem Christum habemus, uiucturi per eum ea conditio ne qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum uiuimus, id est, naturam sue carnis adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se patrem habeant, cum uiuat ipse per patrem? Item. Haec autem idcirco commemorata sunt a nobis, quia uoluntatis tantum inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes, unitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum & uoluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgetur, cum & per honorem nobis datum Dei filii.

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

lī, & per manentem in nobis carnaliter filium,  
& in eo nobis corporaliter & inseparabiliter u/  
nitis, mysteriū ueræ ac naturalis unitatis sit pre/  
dicandum.

Item Chrysostomus Homelia. 45. in Iohannem. Quare necessario dicendū, quam admirāda mysteria, & cur data sint, & quæ nam eorum utilitas. Vnū corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius. Quare initiati eius præceptis parere debemus. Ut autem non solū per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cū enim suum in nos amorem indicare uellet, per corpus suum se nobis commisquit, & in unum nobiscum redigit, ut corpus cum capite ui/  
ni retur. Hoc enim amantium maxime est. Item in Homelia. 83. in Matth. Non enim sufficit ipsi hominem fieri, flagellis interim cædi, sed nos secum in unam, ut ita dicam, massam reducit: neque id fide solum, sed reipsa nos corpus suum efficit.

Cyrillus in illa apud Iohannem. Ego sum uitis &c. An fortassis putat ignoram nobis mysticæ benedictionis uirtutem esse? quæ cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque facit communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare? Cur enim membra fidelium, membra Christi sunt? Nescitis, inquit, quia membra uestra, membra sunt Christi: membra igitur Christi, meretricis faciam membra?

Cyrillus,

Absit.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Absit. Saluator etiā, qui manducat carnem meam, ait, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vnde considerandum est, non habitudine solum quae per charitatē intelligitur Christum in nobis esse, uerum etiam & participatio/ ne naturali.

Hæc omnia Oecolampadius recepit. Zwinglius non abiecit, hodie nullæ, quod equidem sci/ am, in Germania Ecclesiæ sunt ex ihs, quæ ab hu/ manis traditionibus, quæ cum Euangelio non consonant, se adseruerunt, quæ non eadem am/ plectantur. Quin Oecolampadius pridem testa/ tus est, se de hoc sacro non aliud credere, nec di/ steturum, quæm habet decretum Concilij Niceni. Id est huiusmodi. Ετι της θειας βαπτεζης ω/ λιμ κανταυθα, μη δε προκαληω αρτω, μη δε ωστηριω ταπεινως προσεχωμεν, αλλ/ ουψωσαντες την διανοιαν, πιστη νοησωμεν/ κειδης μη της ερας εκενης βαπτεζης τον/ αμνον του θεον, του αιρουτα την αμαρτιαν/ την κοσμη, αλλυτως ιπο την ερεων θυσι/ μηνον, μη ρωτημενοντας ημας ωιτε ουφυ ταντας ειναι/ τα της ημετερας αναστεως σύμβολα. Σία/ τοπ γαρ ουτε τολιν λαμβάνομεν, αλλ ολιν/ γον, ειναι γνωμην οτι δικ εις τηλεσμονια, αλλ εις αγιασμον. Hoc est. Iterum etiam hic in diuina mensa, ne humiliiter intenti simus ad ad propositum panem & poculum, sed exaltata/ mente;

Decretum  
Concilij  
Niceni. □

## CONTRĀ ROB. EPIS. ABRIN.

mente, fide cōsideremus situm esse in sancta illa mensa agnum Dei tollentē peccatū mundi, qui non uiūtimarum more à sacerdotibus sacrificatur: Sc̄ nos uere præciosum illius corpus & sanguinem sumentes credamus, hæc esse nostræ resurrectionis symbola: Nam propter hoc neq; multū accipimus, sed paruū, ut sciamus quod hæc nō facierati, sed sanctimoniae seruant. Huic decreto reliqui sancti patres omnes cōsentient.

Iam hæc ratio concordiæ, circa fidem & doctrinam de diuinissima Eucharistia, ut ad eum modum, quem in his patrum dictis expressum uidemis, credamus & loquamur utrinq; pa sim recipitur, & facessit quæ erat dissensio. Nā saluificam istam Christi communionem fatent omnes, sic per ministrum & sacra symbola exhiberi, ut tñ totū id opus Christi sit: qui sic ministro, ut instrumento suo ac cooperario, & sacris symbolis, ceu uerbis quibusdā uisibilibus, ut dignatur. Accedit siquidem, inquit D. Augustinus, uerbum ad elementum & sit sacramentū: etiam ipsum tanq; uisibile uerbum. Verbo perficiuntur omnia: sat ut idem Angustinus scribit, nō quia dicitur, sed quia credit. In Ioan. tract. 8o.

Concordia procedit.

Quod uero digladiatum est adeo inter nos, cum non dubitemus utrosq; ueritatem Christi serio sectatos esse, non poterit tantopere offendere eos, qui perpenderint, istiusmodi offendicula semper in Ecclesia extitisse, in hoc,

Vnde q; boni plerique dis sentiant.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

ut qui probati sunt, manifesti fierent. Mundus cum querat semper causas, ut ueritatem à se repellat: Dominus qui in iudiciū uenit, ut uidentes nō uideant, patitur sæpe multa obijci à suis infirmis, ac ita Euangelium suum, quod per se & electis est odor uitæ, reliquis fieri odorem mortis. Nec id adeo insolens est, ut inter se conuenire non queant, etiam sanctissimi: & in ea re, in qua utriq; gloriā Dei syncero pectore querunt: Id uenit Paulo & Barnabæ de Marco. inter quos eiusmodi extitit προφενσυσμός, ut alter ab altero se iūgeretur. Vsu uenit & multis sanctissimis patribus. Et haud multū adeo absuit, quin atrox certe, & inter Hieronymum atq; Augustinum pugna exorta fuisset. Inter Ruffinū & Hieronymū quę inualuit, non sine dolore sanctorū legitur. Nemo uidet omnia, & facile obrepunt sinistre suspitiones: hinc fit sēpenumero, ut quam optimi uiri & ingenio præstanti, nequeāt tamen idem uidere, aut se inuicem prorsus intellegere. Sic etiā humiliat suos dominus, & a præpostera hominum admiratione ad se reuocat, suoq; uerbo mentes nostras plenius addicit.

**Responso  
ad obiecta.** Sed tandem ad confutationem eorum, quae contra nos in hac causa Eucharistiæ Episcopus perfert. quanq; ex his, quibus iam fidem nostrā de hoc diuinissimo sacramento exposui, bonifacile uidebunt, q; maliciose & calumniose contra nos Abrincensis scripserit omnia. percurram igitur

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

igitur quæ obijcit, quām licebit breuissime.

Primum obijcit & communiter & priuatim nobis, nos à simplicitate uerborum domini recedere, illaçpsalſa ac impia interpretatione discerere, eo quod panem dicimus corporis domini esse ſymbolū. Nos uero Verba Domini q̄ sim pliciflme amplectimur, nullāq; eis interpretationē inferimus, quā non ex ſe ipſa pariant. Panem porrexit Dominus & dixit, hoc est corpus meum. duo ergo hic exhibuit, panem, & corpus ſuū: Quis ergo ſenſus fit aliud horū uerborū domini, quām hic per hunc panem. uel, cum hoc pane, en do uobis corpus meum. In explanatiōne quam aduersarius impugnat, eum ſic redidi. Sicuti trado uobis panem edendum corpore, ita dono uobis corpus meum edendo animo. In his quid affiuimus, quod non in iſis domini uerbis contineatur? Quod panem ſignum eſſe dicimus corporis domini: dixerunt & patres orthodoxi omnes. Augustinus contra Adimantum cap. 12. Non dubitauit Dominus dicere hoc est corpus meum, cum daret ſignum corporis ſui. Item in ſermone ad infantes. Iſta fratres ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud uidetur, aliud intelligitur, quod uidetur ſpeciem habet corporalem, quod intelligitur frumentū habet ſpiritualē. Sed hic uir Dei nusquā ferē de hoc ſacro loquitur, ubi non adſerat panem

Defensā in  
interpretatio

H 2

## DEFEN. DOCT. CHRIST:

esse corporis domini symbolum. D. Hieronymus uero scribit, Dominum ueritatem corporis & sanguinis sui, pane & uino repræsentasse. Matth. 26. Ireneus testatur Eucharistiam constare ex duabus rebus, terrena & cœlesti, lib. cōtra Valentimum. 4. Ad eundem modum & ceteri Patres hac de re loqui solent. Nihil igitur nostra interpretatione, uel à scriptura, uel patribus uariamus. De transubstantiatione postea.

**Repulsa cōmuniō cum Berēgatio,** Deinde & illud crimen commune nobis facit, erroris instaurati Berengariani. Huius uero hominis ego nihil unq̄ legi, nec quæ in eius causa fuerint, solide adhuc nosse potui. quare nec probare, nec damnare illū licet. ipse uiderit quid uel cantarit uel recantarit: uiderint & qui eum ad Palinodiam adegerunt. Scriptum est, ex uerbis cuius iustificaberis, & condēnaberis. Extant nostra, quæ de hac rescripsimus, & hic summam eorum exposuimus, ex his iudicemur.

**Bucerū priuatis agreditur.** Vbi uisum est nostro Episcopo me priuatim aggredi: primum multis admodum uexat, quæ scripsi in hæc loca. Post hac nō edam ultra ex eo, donec compleatur in regno Dei. Lucæ. 22. Et nō bibam post hoc de genitine uitis usq; in diem ilium, cū illud bibam nouū in regno patris mei. Ibidem & Matth. 26. Regnum intelligendū mo<sup>n</sup>eo, statū resurrectionis, in quo dominus ad p<sup>o</sup>bandam ueritatē resurrectionis sue, rursus edit & babit cum suis. Acto. 10. nouum sane uinum, quia

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

quia nouo & admirādo modo , quia iam extra  
eam conditionem, in qua cibus & potus requi-  
ritur. Pascha uero completum dico in eo, quod  
Dominus resurgens à mortuis , de mortalitate  
ad immortalitatem transiit : nobisq; omnibus  
eundem transitum aperuit & muniuit . Et hanc  
uoco intelligentiam simplicem , Episcopus uero Sic et Beda  
stultam , nugas inuolentes ueritatem , nihil ad  
rhombum, & est hictotus in prodendo Episco-  
palem grauitatem . Cum tamen hæc omnia an-  
te me scripserit D. Chrysostomus.

Sed audiamus quomodo hunc locum enar-  
ret Episcopus . In eo consentit nobis, sed admo-  
dum ægre, q; regnum Dei intelligit statum re-  
surrectionis, completionē autem Paschatis, facit  
promissionis de nouo Paschate præstationem:  
nouum Pascha, corpus & sanguinem Domini,  
in Eucharistia iam imortalia, quæ in prima coe-  
na fuerant adhuc mortalia. Et ubi ad uerbū, no-  
uum, uenit, hoc certe inquit, concluđit. Magistra  
liter scilicet: Et mea dicit ideo nihil ad rhombum  
facere, quia non explicem , ubi impletum Pascha  
sit. Quod, nouum, de promiscuo potu intellexi,  
eo refutat, quod in eo nihil nouitatis sit. Hic au-  
tem uouitas sit, cum pro passibili datum est im-  
passibile. Sed dices lector, qd uero uoluit Episco-  
pus p; hæc probare? primum. qd nemo negat,  
uerū Christi corpus esse insacramēto, nō tantū  
figurā uel typū corporis . Deinde substantiā pa-

DEFEN. DOCT. CHRIST.

nis & uini nō remanere. Sed qua inq̄es cosequētia istuc posteri⁹. Hac. Domin⁹ dixit bibā nouū. Quid aliud ergo Christ⁹ uoluit, q̄b q̄ suā cū discipulis cōmunionē differret usq̄ post ipsā resurrectionē? Itē. An aliq̄s sanḡ mētis ex his uerbis aliud intelligeret? Hęc Episcop⁹. Sic em̄ colligūt uidētes Episcopi, ad nos cęcos hereticos. At uero nouū, ut dixi, D .Chrysostomus hicidem uale scribit, atq̄ nouo quodā modo, im̄o inaudito, atq̄ mirabili. Nō em̄ inquit, passibile corpus habens, sed immortale & incorruptibile, alimentoq̄ nō indigēs, surrexit. Alij sancti patres, istuc intelligunt, ut Theophylactus scribit, de plena diuinitatis reuelatione in sœculo futuro. Perinde firmū & illud, q̄ Episcopus scribit, implere, significare promissi impletionem. Christus ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia, id est perficeret. Impletur fides, gaudium, lex, mensura peccatorum, in his quid promissi?

Pōrro cum apud Lucam habeatur, donec cū pleat Pascha, donec ueniat regnū Dei, ostēdo obiter, istuc, donec, ex senō inferre Dominū post illā cœnā comedisse & bibisse, id tamen alijs locis aperte memorari: idq̄ in hoc solum moneone ex hac dictione, donec, & alijs locis, ubi id p̄perā fieret, ultra expressam negationē inferat affirmatio uel cōtra: istuc Episcopus dignum putuit, quod plurimis argutij & conuitij exaḡtaret. Sed forsan hæ sunt Episcoporum delicia. Illud sensit, ex eo non bibam post hac de hoc

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

genimine uitis, donec bibam illud nouū, recte colligi, manere in Eucharistia uerum uinum & si uinum, etiam panē. ac ita euaneſcere quod confinxerunt de transubstantiatione. Respondet ergo, nouum idem ualere quod innouatum, ut potest transmutatum in sanguinem. Ne autem uidetur hoc sola sua autoritate dicere, adfert simile, ut uideri uult. Cum gustasset tridinus aquā, uinū factū. Item. Virga Mose uorauit uirgas magorum. Hic quod erat uinum, aqua. & uirga dicitur, qui erat coluber. Ait em̄ ex usu scripturæ comparatum esse, ut res in aliam uersa, suum nomen illi communicet. Sed ubi scriptura, quae ita testetur panem in corpus, & uinum in sanguinem Christi mutari. ut extat scriptura de eo, qđ aqua fuit imutata in uinū, uirga in colubrū. Nouim⁹ Scholā hanc cōmēti sui adferre rationem. Panis non potest esse id quod Domini corpus, iam is dixit, hoc est corp⁹ meū, hoc, ergo demonstrat cōtentū sub specie panis, uel, hoc ens, & panis est in corp⁹ Dñi transubstatiatū. Sed hic Magi. N. ταραλογίουσι πάντα τὸ εἰλεγενόν αὐγνοιαῖ. Nec em̄ cū ueritate hui⁹ orationis, hoc est corp⁹ meū, pugnat corp⁹ Dñi, cū pane demonstratū hic esse & exhibitū. Nec eo qđ impossibile est, panē id esse, qđ corp⁹ Dñi, necesse est, panē in corp⁹ Domini transubstatiari: Alia est em̄ ratio orationū symbolicarū, quibus cū signo & p̄ signū, res monstratur & exhibentur.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Quæ hactenus Episcopus attulit. uel sola, inquit, sufficerent ad confutandā meā peruicatiā, attamen ne quid uideatur reliquissē intactum, pergendū putat. Et primum uexat illud, q̄ præfatus sum me propositurum, quæ non dubitem reuelata nobis diuinitus, & apertis scripturis tradita, iudiciū tñ eorū defero electis. O q̄ & q̄ grauia in his paucis uerbis peccata. Quis inquit, iam dubitet, maligno te agitari spiritu. Scilicet sic loquuntur, qui agitantur maligno spiritu. Arrogantissimus sum, qui mihi sumo revelationē: & tamē nihil omnino rite creditur, quod non reuelarit pater coelestis. Caro enim & sanguis, quæ Dei sunt ex se ignorant. Ibi uero mihi contradico, q̄ reuelata diuinit̄ electis sisto iudicanda, quasi nō quisq; sua fide credat, & suo iudicio agnoscere Dei uerbum necesse habeat. Ad quid ergo Paulus prophetias sedentium iudicio sistit. Porro & ob id uapulo, q̄ prouoco, ad electos quos nemo dum uiuit possit agnoscere, quia nemo scit an odio, an amore dignus sit. Ergo nemo potuit epistolā D. Petri recipere, ut ad se scriptam, inscripsit enim illam electis aduenis &c. Deloco Ecclesiastæ superius

Deinde cum scribo Christum uoluisse suos certos reddere, se pro salute sibi credentiū moriturum, recipit id, sed ut superuacanee dictum: Et de memoria Christi in coena calumniatur Oeconomadiū, quasi ex eo uoluerit probare Chri-

sti in cœ

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

stū in coena absentiam. Adduxit ēm̄ illud, adnun  
ciate mortem domini donec ueniat. Sed isti uero  
huius nunq̄ in mentē uenit, nā diuersum semp̄  
p̄dicauit. Qui solam corporalē & sensibilē pr̄  
fentiā reñcit, is nō reñcit quālibet. Tū addit, nō  
quodlibet conuiuum p̄tinere ad hoc mysteriū,  
quasi uero sint q̄ id affirmēt. Sic lubeſ Episcopo  
ludere, cū nostra tam atroci & exitiosa infamia.

Illud uero amabo te lector, quam non malis  
ciam ac crudelitatem superat. Scribit nos de fa-  
cratissima corporis potētia symbolū & imagi-  
nē quandā facere moliri. Ad pbandū uero hoc  
mendacium, fadduxit hæc mea uerba: Porri-  
gēdo ergo panē, ait, accipite & comedite, hoc est  
corp⁹ meū. qd pro uobis traditur, hoc est, sicut  
trado uobis panē edendū ore corporis: ita do-  
no uobis corpus meū edēdū animo: Cum itaq̄  
animaduertisset indubie fore ut insani capitī sō-  
niū uidereſ dicere, me moliri his uerbis ex cor-  
pore dñi facere symbolū & imaginē quandā, cū  
in eis tam diserte affirmo, hic donari corpus do-  
mini cum pane. adiecit bonus uir, tanquam  
mea uerba. Nam dabitur iam pro uita uestra in  
mortem symbolum corporis mei. Et ne quis su-  
spicaretur, ipsum hæc, non me subiçere, adiun-  
xit. Hæc sunt tua uerba Bucere. Et mox. Sed ò  
uanissimum hominem. & cætera cantilenæ con-  
uiciorum, quā hic Episcopus canit perpetuam.  
Ego uero sic scripsi. Sicut trado uobis panem.

Summa  
lunaria.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

edendum ore corporis , ita dono uobis corpus  
meum edendum animo , nam dabitur iam pro  
uita uestra in mortem . Symbolum hoc corporis  
mei est, ut sicut panem à me acceptum ore co  
meditis, & in uentrem trajectis , ut inde uita ue/  
stra sustentetur, & ad opera ualeat: ita animo cre  
datis corpus meum pro uobis tradi , ut hinc fi  
ducia uobis in Deum alatur & corroboretur.  
&c. Corpus Domini dico traditum pro uita no  
stra in mortem , non symbolum eius. Panem au  
tem dico esse huius corporis symbolum , & id  
non in mortem , sed ad edendum corpore tra  
ditū, eocq; moneri nos , sicut panis sustentat &  
roborat uitam præsentem corporis, ita corpus  
domini uitā robore sempiternā, hominis no  
ui, & totius . An uero non digna illa Episcopo  
synceritas , transilire distinctionē, quę est post il  
la, nā dabit. scilicet , corpus meū pro uita uestra  
in mortē , & subincere quod ad sequentem perio  
dum pertinet , siccq; truncare orationem , ut ui  
dear dicere symbolū corporis dñi , non ipsum  
dñi corpus , pro uita nostra traditū in mortē:  
Quo istuc nomine facinus insigniemus ? Eant  
nunc Monarchę , & talib⁹ Episcopis fidē habe  
ant, nō iā cōtra nos , sed omnē Ecclesiā Christi.  
Deinceps cū scribo , Christū sui simile ubiq;  
docuisse , nos credendo in ipsum habere uitam  
æternā. Hic turpis erro & falsum assumo . Alio  
qui quorū inquit illa uerba Christi: Ibūt qui  
bona

Christus do  
cet ubiq; fi  
dem iū se.

## CONTRA ROB. EPIS ABRIN.

bona egerūt, in uitā æternā. Et reddet unicuique secundū opera sua. Et si fides sufficiat, uanū fore illud, Maius horū charitas, delectat eum uulgata æditione, glandibus scilicet, repertis frugibus. Denique ait, facillimū sibi esse sexcentis locis scripture me mendacē ostendere. At dominus Iesus ipse dixit. Hæc est uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Iam quis inficiabit Dominum nostrū omnia sua dicta & facta huc retulisse, ut uitam æternā habeamus, idque credēdo in ipsum. hoc eum opus Dei. Et fides sola illa edit opera, p quibus merces uitæ redditur, solaque ex se dilectionem gignit, igitur omnino sola sufficit. nā si fides adest, nihil deerit omniū, que ad salutē quouis modo facere possunt. Sicut ergo in fide uera, & spes, & dilectio, & omnia q̄ hic expertas, insunt, ita pfecto nihil potuit dñs aliud docere quā credere in se, & in hoc ipso esse uitā æternā. Augusti.

In Ioan.  
tra&t. 29.

Quid est ergo credere in eū: Credēdo amare, credēdo diligere, credendo in eū ire, & eius membris incorporari: Charitas eo ut placet Augusti. & Chrys. fide, & spe maior est, quia hæc sola permanet. Sed de his superius.

Sub hæc infero ego. Ergo panē ore & corporaliter, corp⁹ suū spiritualiter māducandū p̄buit. Istuc scribit hic Episcop⁹ me inaniē colligere q̄ id scilicet nulla p̄cedēte p̄batione seminarim. Unū seminarim uentū, & messur⁹ sim turbinē.

Eo autem

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Eo autem cum uides christiane lector, agnoscere Episcopum, me hic id inferre quod uerum est, & fateri uerū Domini corpus uere nobis in cœna exhiberi, habes unde statuas de eius sinceritate, qui mihi diuersū sententię & fidei meę tam impudenter ubiqꝫ tribuit. An autem quod hic rete confiteor, ex certa etiam ratione colligam, tu iudica. Ratio mea huiusmodi est. Christus ubiqꝫ docuit & fecit, quæ suis adferunt salutem, ergo & in cœna, cum tradidit suum corpus edendū. Iam salus omnis cōmunione constat corporis Christi, hoc est, eius manducatiōe spirituali. Ergo dedit in cœna corpus suum manducandum spiritualiter.

Sed contendit Apostolos etiam ore corpus Christi manducasse, quia scriptum est, & hiberunt ex eo omnes. Supra diximus propter sacramentalē unionē tribui corpori Domini, quod sit symbolo eius, pani, eo qꝫ per panem hic corpus Domini exhibeat. Porro fateris ipse Episcope, non esse corpus Domini in sacramento modo corporali, sed modum tenere spiritualem quo scilicet uel anima est in corpore, uel angelus in loco, de qua re scribit se plura disserturū mecum, si Philosophiæ uel prima tenere in elemēta, si nunc frustra surdo cantaturum. Si iam est corpus Domini in Eucharistia, non corporali, sed spirituali modo, ut anima in corpore, uel angelus in loco, qui poterit os corporis nostri illud

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN<sup>4</sup>

Iudicatingere, nedium manducare: si loquamur  
propterea.

Præterea poscit me uel minutulā rationē hui⁹  
q̄ dicimus. panē in Eucharistia subesse. Dabo ergo: Dominus uocauit panem, nec est necessariū ut desierit esse panis ex eo, quod simul dixit, hoc suum esse corpus. sicut nō est necesse quod aqua baptismatis mutetur in spiritum, eo q̄ baptisma dicitur, & est lauacrum regenerationis & innouationis spiritus. Paulus quoq̄ perpetuo panē dicit: addit quidem Domini, sed id non tollit, esse panem: Patres omnes ingenue panem & uinū in coena agnoscunt. Mutationem enim quā dicunt hic fieri, in hoc, ponunt, quod eo iam nobis uerum Domini corpus offertur & exhibetur, quod antea nihil quam panis erat. Hæ sunt ratiōnes, cur panem & uinum in coena manere credimus, & transsubstantiationem uestram, quā nulla omnino ratione, quę scripturis nitatur, ad seritis, non credimus. Etenim haudquaq̄ ideo panem id ipsum esse oportet quod Domini corpus, si panis hic maneat, quia dixit Dominus porrecto pane, hoc est corp⁹ meū, quę tñ Schole hic summa ratio est. De circūcisione em̄, qua gratia tradebat foederis benevolentię diuinę, dīctū est, hoc est foed⁹ meū, nec tamē erat necesse mutari substantiā circūcisionis. In omnibus ijs locutionibus, quibus per symbola aliquid tradim⁹, solem⁹ animo & uerbis iuxta cōplecti, & signum

Cur nō cre  
ditur trans  
substantiā  
tio.

## DEFEN. DOCT. CHRISTI.

Signum quo tradimus, & rem signatā, quā tradimus, sed hanc prēcipue. Ita cum eo quod Dominus adflans discipulos dicebat. accipite spiritum sanctum, æquipollit dicere, accipite hoc est spiritus sanctus. Et si his uerbis Dominus hūs usus fuisset, haud oportuisset tamen substantiam halitus, transmutari in spiritum.

Venit tandem Episcopus ad illū locum, ubi ex eo, quod Dominus ipse testatur, eū, qui suā carnem māducāt, habere uitā eternā, colligo, panē nō posse esse id, qd corpus Domini. multos em̄ impios edere panē Domini, qui tamen uitā eternā nō percipiāt. Hic mihi obīcit Paulū. Cū em̄ is scribat ex pane Domini manducātes indigne, reos fieri corporis domini, cōtendit Episcopus Apostolū affirmare, edi corpus Domini ab indignis, & ideo in iudiciū. Respondeo primū: Hæc cōsecutio firma non est. Māducans panem Domini indigne, fit reus corporis Domini. ergo hic panis est idem quod corpus Domini. Nam & qui sacramentū corporis Domini indigne sumit, fit ea manducaōne reus corporis Domini, etiam si panis non sit id quod corpus Domini. Qui contemnit unum ex minimis Domini, ipsum contemnit, & tamen minimus ille tantum pertinet ad Dominum, nō est idem, qnod Dominus. Deinde quum expendere lūbet, quales D. Paulus agnoscat illos Corinthios, quos hic corripit, fatendum est, eos ipsi habitos inter membra Christi, et qui fidē haberēt.

Quidim/  
pij in cœna

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

nā uocat eos fratres: & iudicium, in quod incide  
rant ob admissam socordiā & indignitatē, & à  
iudicio mundi separat, & sibi cōmune facit. Dū  
iudicamur inquit, à Domino corripimur, ne cū  
mundo cōdemnemur. proinde hi Corinthij, &  
si adeo indigne manducassent, ut id sibi iudicij ac  
cerfissent, q̄b multi apud eos ægrotarent, ac mo  
rerentur, tamen quia uere in Dominum crede  
bant, ac cum fide, quanq̄b non satis attenta, coe  
næ adessent, Dominum manducabant, & ad sa  
lutem . idq̄b iudicium in quod inciderunt ob in  
dignitatē suā, temporarium fuit, & indulgen  
tiæ paternæ, ut quo ideo corripiebantur, ne cum  
reliquo mundo condemnarentur. Et quis est qui  
gloriari possit se edere satis digne & sine aliquo  
iudicij reatu? In sacra coena summum Dei bene  
ficiū nobis exhibetur, summa itaq̄b hic religio, sū  
ma gratitudo, & totius hominis in uoluntatem  
Dei consecratio requiri tur. Atqui cum Domi  
nus istuc sacramentum, ad id præcipue nobis cō  
mendarit, ut fidem in redemptionem suā in no  
bis prouehat, in hoc ipsum accedimus, ut fide  
firmatores, aliquando edamus digne, omnem  
q̄b ingratitudinis reatum, quē cum huius, tū a  
liorum donorū Dei non satis digno usu contra  
himus, aboleamus. Sola siquidē fide in mortē  
dñi Iesu, corda nostra peccatis purgantur. Hæc  
aut̄ si uspiam alibi, hic certe instaurari solet, ubi  
scilicet mors dñsic magnifice prædicat, & ipse  
se nobis tam benigne impertit, abū uitę æternę.

## DEFEN. DOCT. CHRIST.

Gratia enim Christi, quia hic queritur, inuenit  
natur. Nihil igitur hic quod pugnet cum uerbis  
Pauli, nam & ipse nullā aliā domini manducatio  
nē agnoscit, quam uerā, quam eā, quae semper  
saluifica est, quantū quidē domini manducatio  
est. & si eadem interdum, ex accidente indigni  
tate simul iudiciū aliquod acceptat. Certe ex eo  
q̄ Apostolus in hac epistola .10. de hoc sacra  
mento memorat, abunde liquet, hanc illi solam  
esse ueram domini manducationem; quae fide  
constat. nam his illam addicit, qui sunt corpus  
domini. Sed quid opus uerbis? Domini oratio  
hæc, si quis manducat carnem meam. habet ui  
tam æternam, idem trahet, atq̄ quicunq̄ carnem  
meam uere edūt, uiuet æternum. Ergo carnem  
domini uere non edunt, qui huius uitæ expertes  
sunt. D. Augustinus lib. de ciui. Dei .21. cap. .15. sub  
finem ita scribit. Deniq̄ ipse dicens, qui mandu  
cat carnem meam, & babit sanguinem meum,  
in me manet, & ego in eo, ostendit, quid sit non  
sacramētōenus, sed reuera corpus Christi man  
ducare, & eius sanguinem bibere: hoc est enim in  
Christo manere, ut in illo maneat & Christus;  
Sic enim hoc dixit, tanq̄ diceret. Qui non in me  
manet, & in quo ego nō maneo, non se dicat aut  
existimet, manducare corpus meum, aut bibere  
sanguinem meum. Non itaq̄ manet in Christo;  
qui non sunt membra eius &c. Hęc ille. Sic uero  
ut D. Augustinus de manducatione Christi hic  
docet;

Corpus  
Christi ede  
re reuera,  
& sacramē  
tōenus,

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

docet, & nos credimus & docemus. Scimus Do-  
na Dei ab ipsis benevolentia, non nostro meri-  
to pendere, eaqe pr&este esse, quibuscumqe ipse  
illa promiserit. Atqui discipulis suis dominum  
promisisse, & dedisse suum corpus, Euangelist&e  
testantur: & illis discipulis, quibus & h&ec dixit,  
quod traditur pro uobis, effunditur pro uobis in  
remissionem peccatorum. Iudam D. Hilarius  
putat institutioni Eucharisti&e non adfuisse, Au-  
gustinus, cum ceteri Apostoli panem dominum,  
illum manducasse panem domini contra domi-  
num. Deinde nec sensus nec ratio ad Christi cor-  
pus pertingit, & impij nihil habent fidei, nec  
possunt percipere que sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2.  
Quid igitur dicemus illos in sacra coena percipe-  
re aliud, quod sacramentum tantae rei, rem autem  
sacramenti minime? De ijs loquor impijs, qui  
prorsus domino nihil credunt. Verbo enim ista  
adferuntur, & uerbum fidem poscit. Perstamus  
igitur in sententia Augustini, qui pr&eterea in li-  
bro sententiarum prosperi, h&ec scripsit. Escam  
uitae accipit, & eternitatis poculum bibit, qui in  
Christo manet, & cuius Christus habitator est.  
Nam qui discordat a Christo, nec carnem Chri-  
sti manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tantae  
rei sacramentum ad iudicium suae pr&esumptio-  
nis quotidie indifferenter accipiat &c.

Quod enim apud Pares subinde legimus,  
tantundem dari impijs, quantum pijs, id in eo

DEFIN. DOCT. CHRIST.

intelligimus uerum, quia eis per ministrum tandem offertur. cum autem scribunt diserte impios etiam domini corpus percipere & edere, intelligimus id, ut D. Augustinus scripsit, sacramentotenus, non autem reuera. Reuera enim, ut idem de Iuda scribit, edunt panem domini contra dominum.

Porrò dum illud, Dominum in cœna sui ueram & saluificam mandationem instituisse, quæ tantum credentium est, ex eo probo, quod dixit, Quod traditur pro uobis, fundetur pro uobis & p multis in remissionē peccatorū, Item noui testamenti: uehemēter & totus iratus infurgit in me Episcopus, Theologorum ut qui eleminta ignorem, docetq; me, quod pridem apud Thomam Aquinatem didiceram, passum dominum pro omnibus sufficienter, pro electis effaciter. Sed quis non uideat meloqui hic de fructu passionis, qui ad solos electos peruenit, quia de remissione peccatorum, & consortio nouit testamenti. His iam cū dominus nominatim corpus & sanguinem hic præbuit, quid quæso peccamus, cum his solis hunc cibum & potum addicimus, utcumq; sacramenta promiscue boni & mali sumant? In eo em à sentētia Pauli non recedo, fateor namq; cum sacramentū, tum etiam rem sacramēti indigne pcipi, & in utroq; reactū contrahi corporis & sanguinis domini, Iuxta tamen id semper uerum est, quicunq; carnem & sangu

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

sanguinem domini reuera edit, eum æternum  
uicturum in Christo, & Christum in eo.

Post hæc exagitare incipit rationem, quā ad  
duxi contra eam sententiam, quæ adfirmat pa/  
nem id ipsum fieri, quod domini corpus, aut in  
panem naturaliter & localiter transponi, atque in/  
cludi. Tametsi enim Episcopus ipse quoque eam  
sententiam, quam ista mea ratione oppugno, da  
mnet, rationem tamen putauit suis peruertere  
esse calumnijs, ut rursus materiam sibi pararet,  
pro decoro Episcopali scurrandi. Ratio ista sic  
habet. Quæcunque scripturæ memorant dominū  
edidisse miracula, siue corporalia, siue spiritua/  
lia, utrāque quod erant, suis certis proprietatibus  
extiterunt, & id esse apparuerunt. ut si quem cor  
pore sanum reddidit, id ita clare extitit, & solide  
cognitum est. Si quos animo ad se conuertit, id  
quoque in eis uerē pietatis fructibus proditum est.  
Sic cum omnia Dei opera habeat, quæ quidem  
scriptura memorat, causam esse, ut quod id in Eu/  
charistia gessit, sic quoque habuisse censem. Cum  
igitur nullo euidenti argumento ulla corporalis  
illuc mutatio prodita sit: nec extet scriptura, quæ  
id testetur, non esse causam ut corporalis hicfa/  
cta mutatio credatur.

Hic mihi obijcit, aquam mutari in aerem, nō  
seruata eadem quātitate & figura. Heuam ex co/  
sta Adæ factam: uersam uirgam in colubrum,  
Christum incarnatum. Ignem in sua sphera, ter/  
ra mutatio credatur.

Ad corpor/  
alis facta  
sit in Eucha/  
ristia muta/  
rio.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

ram in centro, aquam in abyssō, nullum elementum purum, si exter, uideri. Quid uero ista ad rhombum? Nō apparet aerem esse, qui ex aqua existit? Heua qd aliud quām mulier uidebatur? ita quid aliud quām coluber, in quem uersa uirga est? Et Deus manifestatus est in carne adeo, ut discipuli glorientur se eum oculis suis uidisse & perspexisse, & manibus suis contrectauisse. Deinde non dico omnia opera Dei esse uisibilia, sed uera ac solida, & apparere quæcūd esse, quod facta sunt, si corporalia corporalia, si spiritualia spiritualia. Sic arbitror ignis apparet ignis esse, ita terra, aqua & omnia, sed præsentibus. Iam ubi hoc pacto apparet panis id factus corporaliter, qd corpus domini? Non postulo ut Christus nihil faciat me inconsulto, sed id debeo credere eum facere, quod se facere suo ipse uerbo testatur, nō quod fingit Sorbona. Sed nos stupor sumus, elementa philosophie ne attigimus quidem, cæci & ridendi sumus. Pudet te nostri, qui totus es philosophia, totus Theologia. Sed credi mihi, hæc qui legent, desyderabunt in te sensum communem. Scribis enim me assumere in epte, colligere ineptius, suadere ineptissime. nec potes satis ridere meam propositionem, ut quæridenda, non refellenda sit, & ne tantillū quidem aduersus εὐσεβίας in omnibus istis, quæ tamen tanto supercilio ingeris, non aliter ac si ex diametro cum mea adsertione pugnarent.

Sed

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Sed ne tantum nugeris, prædictas nobis Christum non discedentem à patre, posse pluribus locis assistere, de quo non est quæstio. Quis siquidem istuc nō agnoscat, qui quidem Christianus sit, scilicet assistere eum oib⁹ q̄ ipsum ex animo inuocant: spirituali tamen modo, ut ipse fateris. Hic iam sacramentum Christi geritur, res noui testamenti, res fidei & spiritus, res cœlorum: ut cunct⁹ propterea q̄ mens nostra carni adhuc inhaeret, ad excitandos sensus nostros, corporali bus signis representetur & exhibeat. Si incorporalis esses, inquit Chrysostomus, loquens de sacra Eucharistia & baptisme, nuda tibi & incorporea hæc dona tradidisset: nunc cum anima corpori implicita est, tradidit tibi quæ intellectu perceptibilia sunt, τα vonτα, in rebus sensibili bus. Ad hunc modum de hac re loquitur & D. Dionysius in Ecclesiastica Hierarchia. Hinc D. Chrysostomus de dignitate sacerdotali. Quādo uides dominum immolatum & sacerdotem sacrificio astantem, & apprecentem, omnesq; precioso illo sanguine rubefieri, nunq; adhuc cum hominibus esse eum, putas, & super terram stares? An non potius mox in cœlos transis, & abi ciens omnem carnalem animæ cogitationem, nuda anima & pura mente ea quæ in coelis sunt circumspicis? Hinc & Ecclesia canit, Sursum cor da. Quare hic nihil de loci mutatione, nihil de de scensu domini uel ascensu cogitandum, & per-

Christus a patre nō di scendēs, p̄ce sto est om̄ibus.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

placet exemplum de sole omnium oculis qui uident eum, præsente, deq; uoce quam simul plurimi percipiunt. Nec hic ergo habes Episcopem, de quibus nos tam insane accuses.

**Vt probet Episcopus transubstantiationem.** Accedit tandem ad probandam suam transubstantiationem, eam uero sic confirmat. Omnia uerba scripturæ notant identitatem realis prædicati cum subiecto, nisi ex adiecto aliud concludatur. in hac oratione, hoc est corpus meum, nihil aut præcedit, aut sequitur, quod figuram sonet, imò sequens particula contrarium ostendit, ea est, quod pro uobis tradit. Et paulo post, rem oculis mihi subiecturus, profert tres illationes. Prima est, corpus meum, ergo hic panis corpus Christi. Secunda, hoc est corpus meum: ergo hoc est imago corporis mei. Tertia est, hoc est corpus meum, ergo hoc quod uobis præsento, & manducandum offero, ipsa est corpus meum. Et subiicit, nisi stupidus sim me uidere, tertiam sententiam in assumpta propositione inclusam, tanc; in osse medullam, in archa thesaurum, in vase liquorem. Sic rhetorice ricatur. Sed quid hic, quod fidem arroget commento de transubstantiatione? Non esse hic exhibitum inane signum forsitan ut cuncti probaueris. De eo autem non est controvertia. Et de eo quod hic demonstrat menti, & principaliter, corpus domini identice prædictum. Est enim id ipsum corpus domini, Id autem cum non minus per panem

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

panem, atq; panis speciem dare dominus potuit,  
it, quid euincet transubstantiationem?

Ita non esse tropum in his uerbis, hoc est corpus meum, cum ea ad porrectum panem, atq; inde per pronomen, hoc, demonstrativum, dominus dixerit, quo quæso uerum fiat? Certe qui hæc uerba simpliciter accipiat, nec ultra id quod dicitur intelligat, huic dominus uidebitur dixisse, id quod oculis demonstrabat, & præbepat in manus, nempe panem, esse suum corpus. Porro quia nō cōueniebat panem id ipsum esse, quod domini uerum corpus, id scilicet, quod tradendum esset in mortem, & alias dominus fecisset suam carnem uere cibum, & sanguinem suum uere potum, discipulis facile apparebat, dominum hic plus uelle intelligi, q; uerbis expresserat. Ut ergo in, hoc est, aliud intelligitur, q; dicta ad præbitum & demonstratum panein, uerba exprimunt, tropus est, cūq; aliud ex alio intelligere oportet, nimurum ex oblatu signo, corpus domini, rei signi, Synedoche est. Ea siquidem est, cum aliud ex alio intelligitur.

Tropus Sy  
necdoches  
in, hoc est.

Idem tropus est in uerbis. Accipite & manducate, nam ex primo auditu, cum ad oblatum panem dicuntur, significant accipiendum & edendum, panem: uerum ex adiunctis, & ipso etiam domini usu, qui de mandatione carnis suæ ante tam multis disseruerat, intelligit accipiendum etiam & edendum domini corpus. Quia uero

DEFEN. DOCT. CHRIST:

Accipite & id non potest edi proprie, ut scilicet cibus cor/  
manducate poris, & significatur, ex communione corporis  
Synecdoch e & meta/ domini, id nouo & toti homini præstari, quan/  
phora. tum attinet ad uitam spiritualem & æternam,  
quod ueteri & externo homini præstatur, quan/  
tum attinet ad uitam præsentem per cibum cor/  
poris, simul est in his uerbis Metaphora.trans/  
latio scilicet, propter similitudinem, quæ est in/  
ternæ isti & cœlesti acceptioni & manducationi,  
cum acceptione & manducatione cibi corpora/  
lis. In dictione uero corpus, nullus tropus est.  
Corpus ac dominus enim suum corpus dicit, & id ipsum  
cipitur sim offerebat, alia licet ratione recipiendum & eden/  
pliciter dum, q̄ recipiantur & edantur, quæ sensibiliter,  
& modo huius sæculi offeruntur recipienda &  
edenda carni: Et hinc, quia hæc acceptio & man/  
ducatio ipsius ueri & unici corpus domini est, &  
eiusmodi, ut ex hac, nos quoq; corpus eius, si/  
mus, caro ex carne eius, os ex ossibus eius, dici  
potest percipi hic corpus domini, essentialiter  
& substancialiter, modo simul exprimatur, q; ea  
manducatio non sit ad modū huius uitæ, & cibi  
corporalis, proprienimirū si loqui oporteat. In  
Frangitur uerbo frangitur, quo usus Paulus est, rursus  
metaphora est, nam id idem ualeat, quod apud  
metapl.ota Lucam uerbum datur: cum em̄ traditus in mor/  
tem dominus est, quasi fractus est.

Ita liquet dominum in his uerbis suis usum  
esse tropis, in, accipite & manducate, item in,  
hoc est,

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

hoc est, Synecdoche, qua aliud ex alio intelligi-  
tur: cuius scilicet usus est in omnibus hisce locu-  
tionibus, quibus aliquid inuisibile per uisibile  
signum offerimus & tradimus, quod scilicet so-  
leimus in omnibus ihs traditionibus, quæ nobis  
sunt magni momenti. Sicut uates Achiah per par-  
tes decem scissi palij tradebat decem tribus Isra-  
ël, Qui circumcidabant, communicationem fœ-  
deris Dei per circumcisionem, Dominus spiri-  
tum sanctum per adflatū halitus sui, Per lumen  
illitum oculis, cæci uisum, Per attractum manuū  
sanitatem, Per impositionem manuum, benevol-  
entiam Dei & bonum spiritum. Ad eundē mo-  
dum exhibetur à bapzante gratiæ Dei commu-  
nicatio, idest, regeneratio per baptisma. Per im-  
positionē manuum, uis spiritus sancti rite obes-  
undisacra munera. In prophanis contractibus  
hominum, traditur per sceptrum regnum, per  
claves oblatas, urbis uel domus potestas & pos-  
sessio, per annulum fœdus matrimonij, & per  
alia signa, alia. In quibus siquidem rebus serio,  
& cum affectu agimus ardentiore, non habes-  
mus satis rem indicasse uel promisisse, uel exhibi-  
uisse uerbis, signa præterea adhibem⁹, quib⁹ cau-  
uerbis uisibilibus, ita D. Augustinus illa uocat,  
ea etiam, quæ nec uideri nectangi possunt, quo  
ad eius licet, oculis subiçiamus & in manus tra-  
damus. Iam nihil maioris momenti nobis est,  
¶ promissionibus benevolentiae diuinæ certam

DEFEN. DOCT. CHRSTI.

habere fidem , nec potest aliquid tanto affectu  
uel promitti, uel donari, q̄d quanta dominus be  
nevolentia nobis sua & promittit & donat. hinc  
est, ut uolens agere nobiscum pro nostri ingenij  
captu , in suis quoq; promissionibus & donati  
onibus signa adhibuerit.

Bernardus

Hinc sunt illa apud D. Bernardum in sermo  
ne cœnæ domini. Sacramentum dicitur sacrum  
signum, siue sanctum secretum . Multa quidem  
sunt propter se, alia uero propter alia designan  
da, & ipsa dicuntur, & sunt. Ut enim de usuali  
bus accipiamus exemplum , datur annulus ab  
sentis propter annulum , & nulla est significatio.  
datur ad inuestiendum ad hereditatem, quando  
& signum est, ita ut iam possideat accipiens. An  
nulus non ualeat quicq; , sed hereditas est quam  
quærebam . In hunc itaq; modum appropians  
passioni dominus , de gratia sua inuestire cura  
uit singulos , ut inuisibilis gratia signo aliquo ui  
sibili præstaretur . Hæc ille . Item Augustini de  
doctrina Christiana lib.3. cap. 9. Hoc uero tem  
pore , posteaq; per resurrectionē domini nostri  
manifestissimum indicium nostræ libertatis il  
luxit, nec eorum quidem signorum, quæ iam in  
telligimus , operationi graui onerati sumus, sed  
pauca quædam pro multis, eademq; factu facil  
lima, & intellectu augustinissima, & obseruatione  
castissima, ipse dominus, & Apostolica tradidit  
disciplina, sicuti est baptissimi sacramentum & ce  
lebratio

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

lebratio corporis & sanguinis domini. Quæ unusquisque cum percepit, quo ferantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate ueneretur. Ut autem litera sequi, & signa pro rebus, quæ his significant, accipere, seruiliis infirmitatis est: ita inutiliter signa interpretari, male uagantis erroris est. Hec ille.

Manifestum ergo, dominum hic cum pane ut signo sensibili, corpus suum tradere uoluisse, accipiendum & manducandum inuisibiliter. eo quod quod dixit, hoc est, oculis quidem demonstrasse panem, menti autem corpus domini, & id precepue. Tropus itaque hic est synecdoches, quæ aliud ex alio intelligi datur, ex pane signo, corpus domini signatum, id scilicet, quod per signum panis dominus uerum uere donare instituit. Iudicent, quibus datum est, quæ Christi sunt cognoscere.

Sub illa adducit hæc mea uerba. His itaque per pensis, non simpliciter accipiemus Christum corpus suum dedisse discipulis, sed quod animo per fidem susciperent sub signis corporalibus, ut de spiritu sancto fecit, ut & de baptismo scriptura loqui solet. Et quod post quædam subieci, uerba ad calicem dicta eodem sensu intelligenda, & id me ita affirmare, & affirmaturos mecum, quicunque uolent esse Theodidacti. Hic uide Christiane lector, quis sit in hoc Episcopo spiritus vertiginis. De eo quod hic ad sero corpus Christi datum

Contradiccio  
Aio Episcopi  
pi summa.

DEFEN. DOCT. CHRIST.

stī datum discipulis, animo per fidem suscipien/  
,, dum, sic scribit. Hanc sententiā recipimus ex ani/  
,, mo, ita tamen, ut insuper adiungamus, ipsum  
,, uerum corpus Christi adesse, tantumq; ualere  
,, animo præsentiam eius, spiritualem quidem &  
,, inuisibilem, realem tamen & ueram, quantum,  
,, immo amplius, quam cibus corpori usui esse po/  
,, test. Et eo certe felicius, atq; augustius, quo cibus  
,, iste non uertitur in sumentem, sed in se conuertit  
,, suum alumnum. Necq; etiam negamus Christū  
,, usum signis corporalibus. Hæc Episcopus no/  
ster. Iam quæ adiungit meis, toties testatus sum  
nos quoq; recipere. Quid igitur te obsecro, pie  
lector, quid uides hic inter nos dissensionis? Ex  
animo suscipit sententiam, quam profiteor. uer/  
ba dicta ad calicem, non aliter quam dicta ad pa/  
nem, intelligit: Quod si recte facit, quis poterit  
esse d<sup>e</sup>o d<sup>i</sup>ct<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup>l<sup>o</sup> , qui sentiat aliter? Deus utiq;  
quos docet, eos docet ueritatem, & ueritas om̄is  
non nisi docente Deo percipitur. Oportet om̄es  
esse doctos à Deo. Attamen quòd usurpo no/  
men d<sup>e</sup>o d<sup>i</sup>ct<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup>l<sup>o</sup> s extrema superbiæ est, & hy/  
pocriseos: solum me adflatum numine gloriior.  
sed id poterat ferri. Istuc uide ut cum eo conueni/  
at, quod scripsit, se sententiam quam professus  
,, sum, ex animo suscipere. Quæ tua (scribit) affer/  
,, tio si uera foret, necesse esset, sanctos patres o/  
,, mnes ad unum, eos etiam qui uita & miraculis  
,, claruerūt, quicq; in Diuorum numerū omnium  
sententia

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Sententia relati sunt, non iam à Deo, sed à spiritu maligno, quam nobis tradiderunt, haussisse doctrinam. Hæc Episcopus : qui cum hinc me de mentiæ & temeritatis titulis insigniuit, etiā Antichristi persona induit. Quid uero huic faciemus cerebro ? Quæ adsero ex animo recipit, addit, quæ ut insunt in mea assertione, ita non hic modo, sed etiam in enarratione quam impugnat, non semel affirmauit: nec quicq; inter nos controvèrtitur, si ita sentit Episcopus, ut scribit, quam transubstantiatio panis & uini, quam nemo veterum agnouit, & recentes ut Cameracensis & alij, nisi Romani pontificis autoritas eos pressis fecerit, maluisserent negare. & tamen mea assertio si vera sit, oportebit sanctos patres suam à malo dæmone doctrinā haussisse : & damno ego præ omnes, meq; unum facio catholicū doctorem, & orthodoxum scripturem interpretem, sum tal-pa cæcior, & nihil non. Sed oportuit ita te præstare qd initio uersibus Satyrici ( nam huic Episcopo Martialis satyricus est) pollicitus es.

In seqr̄is fugio, fugis inseqr̄, hæc mihi mens est,

Velle tum nolo, perdite nolle uolo.

Sed illud etiam dispare annotat, q; cum spiritus sanctus scribitur cum signo ignis uel columba aduenisse, additum sit, tanq; & sicut, in cena uero minime. Interim tamen cum agnoscit Christum dedisse corpus suum sub signis corporalibus, an non perstat adhuc inter donatū domini

spiritus  
sanctus per  
signa appa-  
ravit.

corpus,

DEFEN. DOCT. CHRIST.

corpus & spiritū. S. similitudo: nihil ergo inter nos uariat, prēter hoc unū, q̄ signa corporalia, quibus hic dominus usus est, Episcopus species facit accidentales panis & uini: nos simpliciter ipsum panem & uinum, ita ut scriptura istic loquitur. Non enim est tropus in scriptura admittendus, ubi nulla cogit analogia fidei, uel ex circumstantijs necessitas. Panem ergo cum scriptura dicit, non aliud nos quām dicit, intelligimus. tam enim possibile Deo est, cum pane corpus suum dare, atq̄ cum speciebus panis: nec minus uera est ista oratio, hoc est corpus meum, si panem hic relinquam, quām si species panis tantū, de quo superius. Illud quoq; tanq; & sicut, quæ addita sunt, cum aduentus spiritus sancti & uisio describitur, nihil tollunt de ueritate rerū, quibus se spiritus uisibiliter exhibuit: sed explicant modo, ut apparuerit, & quibus formis.

Vexat & illud, q̄ dixi nouum testamentum nō requirere cæremonias necessario, quo tamen non abiūcio cæremonias, sed dixi non requiri ne cessario. nec enim gratia alligata sacramentis est.

In foederis & Testamēti campo dicit me onus grimore libere ac licenter uagari, & nihil adducere, quod pro me faciat, interim tamen nullum ex eis apiculū potuit confutare, nec ego quę ipse hic memorat reūcio. Conueniunt enim cum ijs Quid Testa quæ ego ex uero scripsi. Foedus gratiæ Dei, quo mentum. nos pater cœlestis in filios suscepit, sanguine Christi

CO ATRA R O B . E P I S A B R I N ;

Christi confirmatū esse , eumq; sanguinem ideo  
& testamentum , & testamenti sanguinem dici .

De fructu Eucharistiae multa prædicat , ea uti  
nam in nobis omnibus sentiamus , uere enim ad  
uitam æternam pascuntur , ea qui rite communi  
cant , hic nobis nihil non conuenit . Et utinam  
istum cibum plene percepisset hic Episcopus , ue  
riorem enim , & in Christum confitentes huma  
niorem se se prestitisset .

De signis ueterum , cōtradicit Episcopus D .  
Augustino , nam hic eandem rem , Christū nimi  
rum , illis adumbratum orthodoxe docet . Sacra  
menta ( inquit in cap . Ioan . 6 . ) illa fuerunt , in sig  
nis diuersa fuerunt , sed in re , que significatur , pa  
ria sunt .

De calice calumniatur suo more . Vinum fa  
cio symbolū sanguinis Christi , sed hunc simul  
& præcipue hic exhiberi nunq; nō prædico . Nec  
est absurdum , ut sanguis Christi obsignatio no  
ui testamenti , signo alio sensibili repræsenterur .  
Spiritus sanctus item σφεργύσ , id est , sigillum  
uel obsignatio est nostræ redemptionis , & in fili  
os Dei adoptionis : interim tamen signo uisibili  
baptismatis & impositionis manuum traditur .  
Nihil ergo absurdī , ut Episcopus putat , q; sigil  
li signum sit .

Tractans uerba Lucae & Pauli , qui habent ,  
hoc poculum nouum testamentum est in sangu  
ine meo , scripsi . Dicit aut̄ ipsum poculum , uini  
scilicet

DEFEN. DOCT. CHRIST.

scilicet, nouum testamentum, sicut circumcisio  
foedus, symbolum enim noui testamenti est.  
Hic directe contra Euangelium loquor, & blas-  
phemia audacia ex meo addo, ipsum poculum,  
uini scilicet, quia Lucas dicit, hoc poculum, no-  
uum testamentum in meo sanguine, qui pro uo-  
bis funditur. Et quod Lucas poculum dixit,  
Mattheus sanguinē appellauit. Hic inq̄t erube-  
scē saltē, in tuo errore deprehēsus. Hic em̄ agno-  
scitur dominus iudicia faciens, quando in ope-  
re manuum suarum, & uerbo labiorum suo-  
rum comprehenditur peccator. Sed age mi Epis-  
cope, liceat paulisper tecum loqui, decet em̄ Epis-  
copum esse ἀνεψικον. Cum scribunt Euange-  
listæ & Paulus, accepisse dominum poculum,  
uini ne poculum accepit? Vini dices. Nam id ex  
illo, non bibam post hac de genimine uitis, col-  
ligunt omnes patres. Iam tu dicas uinum cessisse  
in substantiā sanguinis Christi, remanente sola  
specie uini, ego quia etiā post prēbitum sangui-  
nem, simpliciter fructus uitis à domino uoca-  
tur, poculum uini dico. neq; enim recipio tuam  
hic metonymiam. Sed sit hic tantum species ui-  
ni. Hanc ne signū hic esse permittes, uel minus.  
Signum esse cōfessus es. At si signum, cuius rei?  
Nunquid sanguinis Christi? Atqui hunc ipse  
scribis uocari testamentū nouum, Poculum er/  
go ipsum, quod secundum tuam interpretatio-  
nem etiā non uinū, uini tamen speciem continet,  
symbolum

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Symbolum erit noui testamenti. & incidis in eum  
dem mecum laqueum, in eandem blasphemiae  
audaciam, simul & absurditatem illam, q̄ obli-  
gnationis sit aliud signum.

Nos cum Lucas & Paulus scribunt τὸ τοτὸ<sup>τὸ</sup>  
τὸ οὐρανόν, quod ad uerbum est, hoc istuc pocu-  
lū, illud certe intelligimus, quod dominus sump-  
serat & uinum continebat: hoc uinū permansisse  
& haustum esse à discipulis credimus: sed roties  
iam confessi sumus, nos, cum ita Domino ipso,  
& Apostolo Paulo, & omnibus Patribus con-  
sentimus, agnoscendo uinum hic à discipulis bi-  
bitū esse idq̄ symbolū sanguinis Christi fuisse,  
haudquāq̄ eo excludere, ueram ueri hic sanguini-  
nis Christi exhibitionem & sumptionem. Sic enī  
in Enarratione mea ijs quæ Episcopus adduxit,  
subieci, quæ dixerā, explicans. Poculū, loquens  
de poculo uini, symbolum est noui testamēti, eo  
q̄ illo Christus promiserit suum sanguinē pro  
discipulis fundendū, q̄ utiq̄ gratia Dei illis con-  
firmata fuit, atq̄ inde foedus illud nouū & Euā-  
gelicum iectum & stabilitum. Sicut enim hac po-  
culi exhibitione, & his uerbis, sanguinem suum  
illis Christus donauit, quo nimirum eorum pec-  
cata expiarentur, quod eo promisit, qui effundi-  
tur pro uobis: ita simul & noui foederis reddi-  
dit participes. unde non ab re poculum ut san-  
guinem, ita & testamentum, quod sanguine cō-  
firmandū eis erat, uocauit. Hæc mea uerba sunt,

K

DEFEN. DOCT. CHRIST.

nunc iudica pie lector, an nos causam isti Episco  
po dederimus, sic in nos debacchandi.

Calumniatur & quod uerbo usus sum transpo  
nendi. Ego uero illo usus eo tantum sum, quia  
oppugnabam eam opinionem, quae corpus  
domini localiter transponit & includit in pane.  
Ab hac cum uelis esse alienus Episcopate, quid  
frustrate commoues?

Sic & ibi poteras tuæ bili temperare, quod scri  
bo dominum nusquam præcepisse, uerba sua repe  
tere, & per ea corpus & sanguinem suum in pa  
nem & uinum transponere, localiter scilicet, uel  
aliquam in pane & uino facere mutationem na  
turalem. Et hæc enim contra illos sunt, quos ip  
se damnas, & ad quorum commentum hæc do  
mini uerba non esse repetenda non negas.

Porro ut D. Paulus & Euangelistæ illa nobis  
memorant, & nos repetenda ducimus, ad id scilicet,  
ut animo Christum percipiamus, non ut  
localiter includamus in pane. Non ridebunt igitur  
adeo philosophi hic crassissimam meam  
ignorantium, quasi putem nihil posse in duo  
bus locis esse, sine motu locali, nec est causa ut  
me remittas ad quartum physicorum, quem pri  
dem utcumque degustauis.

Ibi quoque frustra incandescit Episcopus, quod  
scripsi, id quod ingreditur per os, ita non sancti  
ficare posse, ut non inquinare. Hic blatero sum  
insulsissimus. At certe cum cor sedes sit & inqui  
nationis

Verba do  
mini ad  
quid repe  
tenda.

## CONTRA ROB. EPIS ABRIN.

nationis & sanctificationis, id quod solo corpo Nihil ingre  
ris ore recipitur, nec ad mentem peruenit, puto diens p̄ os  
nec inquinare, nec sanctificare posse. Cæterum ut sanctificat.  
num immoderate haustum inquinat, & si per os  
ingrediatur, sed quia cum intemperantia, quæ  
ex corde egressa est, sumitur. Ita si cum religione  
cordis, sumat eucharistia, percipiet sanctificatio.

Cum dico etiam eos reos fieri corporis domi  
ni, qui indigne tractant symbola corporis domi  
ni, infert me ad singula pene uerba cōmittere an  
tilogias. Nam dicit hinc colligi ueneranda esse  
sacrarum rerum symbola, & imagines honore  
prosequendas. At quis it istuc inficias? Sed quo  
obsecro honore: ut idolis affigas numen aliqd,  
quam manifestam uos idololatriam toleratis?  
absit. Sancti ipsi colēdi sunt, inquit Augustinus,  
propter imitationem, non adorandi propter re  
ligionem, multo minus igitur statuæ eorum &  
imagines. At sic crucifixi & Diuorum imagines  
uenerari conuenit, ut patiare te per illa admone  
ri eorum, quæ Christus pro te passus est, & quæ  
in sanctis tibi ad exemplū magnifice opatus est.

Adoratio  
Eucharistie

De adoratione Christi in Eucharistia. Oeco  
lampodium suo more flagellat crudeliter. at nec  
ille nec nos sacramento suam reuerentiam nega  
mus, & Christum, quocunq; modo eius admo  
niti, ubiq; adoramus, utinam semper in spiritu  
& ueritate. Huc certe enitimus, idq; dari no  
bis augeriq; indies supplicissime à domino ora

DEFEN. DOCT. CHRIST.

mus. Quod autem uos fidem uulgi & Christi adorationem ita sacramento affixistis, ut putent homines, se magnum quiddā fecisse, cum genu flexerint, uiso pane & calice domini, cæterū sine omni solicitudine ueræ adoratiōis & cultus Christi; q̄ deniq̄ Eucharistiam circumlatam omnia facitis mala depellere, omnia bona accersere, de fide solida, s̄æpe ne uerbum quidem faciētes: ista omnia ut abusus perniciōsissimos damnamus, & nostros quantum licet ab eis reuocamus. Domini minus dixit accipite & manducate &c. & facite hoc in memoriam mei: non ostendite, circumferte, ut fruges bene proueniant, uis cedat aquæ & ignis: crudelitas arceatur hostis, & reliqua in cōmoda auertant. At sicut domini uera fide me minisse semper & ubiq̄ & ad omnia prodest; ita debita religione hanc fidem excitari per ea quæ in id dominus nobis commendauit, nemo non laudat. Semper autem tutum, mancra intra præscriptum domini & usum sanctorum.

Iudicio eccl<sup>ie</sup> certa quoq<sup>ue</sup> offrenda.

Sub finem iterum exagitat, q̄ quæ pro fidē mea differui, iudicio sisto Christianorū. Et hoc me inuadit dilemmate. Si habes pro constantiueram esse tuam interpretationem, cur aliorum te submittis iudicio? Si autem dubitas, qui scire potes electos omnes tuæ opinioni adhæsuros. Non dubito esse uera quæ scripsi, sed nec dubitabat Paulus se uera & sancta præcipere, cum de eo præcepit, quod mulieres rectis, uiri reiectis capi

abu-

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

tibus precari in sacro cœtu deberent, attamen di-  
cebatur, iudicare in uobis ipsis. 1. Cor. 11. Et. 14. ubi  
præcipit de ordine prophetandi, & loquendi lin-  
guis. Si quis inquit uidetur propheta esse aut spi-  
ritualis, recognoscatur quæ scribo uobis, q[uod]a man-  
data domini sunt. Sic Thessalonicenses d[icitur] iudica-  
bant, quæ à Paulo audierant, Paulo licet modis  
o[mn]ibus indubitata. Sed Episcopi isti uolunt o[mn]es  
ipsorum niti iudicio, ne quis deprehendat quem  
in sacratissima Christi religione faciunt fucum.

Concludit tandem Episcopus criminacionem  
suam, uocoepit, exitiosis calumnijs, & importu-  
nissimis conuicijs. Appellas, inquit, catholicos Summacus  
Patres, doctores sanctos, uita & moribus claris luminia.  
simos, assertores Christi carnalis, sacramentarii  
os hæreticos. Sed tu os impudens, aut saxo tun-  
dendum, aut ferro secandum, aut urendum in-  
cendio. Qua temeritate audes catholicæ ecclesiæ  
patres, sacramentarios hæreticos, nuncupare?   
Quid ex eorū uita, aut miraculis, didicisti perdi-  
tissime nebulo, suspēdio, & furca dignissime, q[uod]d  
tibi ita dis plicere debeat: ut eos atrocissimæ no-  
tę iniuria inurendo existimaueris? &c. Hæc ille.  
Ego uero hoc loci ne uerbum quidem de catho-  
licis Patribus, & sanctis doctoribus scripsi: cum  
ijs em disputatio mihi erat, q[uod] uidebant corpus  
Christi uel cum pane unire naturaliter, uel in pa-  
ne includere localiter. Hos ego, non sanctos Pa-  
tres & doctores catholicos, carnales Christi ad-

DEFEN. DOCT. CHRIST.

sertores uoco, & carnalem Christū, qui sic cum pane unitus, carni nostræ offeratur edendus carnaliter, id quod quicunq; mea legerit, clarissime uidebit. Sic enim mea habēt: Vrgentibus autem memoriam Christi, sicut par est, ut in qua sit plane salus nobis reposita, plus quam tragice occidant nobis carnalis Christi adsertores. De quo quæsto patrum possemus istuc queri, quod nobis urgentibus memoriam Christi occlareret tragicè, quam ipsi quoq; urgent summopere, & urgenda docēt ubiq; diligentissime: Sed quis non uidet quibus cū hic mihi res sit? Sanctos Patres, & veteres illos orthodoxos scriptores hac in re ita recipimus, ut quicqd illi de hoc sacro scriptū reliquerunt, nos toto pectore exosculemur, & ambabus, quod aiunt, manibus excipiamus. Vel hinc ergo agnosce pie lector hunc Episcopū semel induxisse in animum in nos scribere, quicquid omnino posset mendaciorum & calumniarum comminisci.

Huius fidem tibi faciet & illud: Ad præmissa mea uerba subiçio: quæ illi carnalis Christi adsertores, quibus tum respondebam, contra nos urgētes memoriā Christi, clamabāt his uerbis. Quid, inquiunt, sacramētarij heretici, qui Christum nunq; serio uel cognouistis, uel docuistis, si sola Matthæi & Marci Euangelia haberetis, in quib⁹ nihil de memoria sua dominus præcepit, undetum memoriā illam uesiram stabiliretis? Hic

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

Hic queror quod illi aduersarij nostri nos sacra  
mentarios hæreticos vocant, nos nec istos, nec  
alios hæreticos appellamus, nedū sanctissimos  
Patres, id quod nemini nō clarissimum est, mea  
legenti.

Sic est & illud. Adeam interrogationē aduer  
sariorum, quin rogant, quo memoriam Chri  
sti in coena stabilire possemus, si sola Matthēi &  
Marci Euangelia haberemus, ista respondimus.  
Primum inquam agimus Deo gratias, qui de  
hac, nēpe memoria Christi, tam diligenter edo  
ceri nos curauit per Lucā & Paulum. Hæc mea  
uerba infula ista sic inuertit. Sed attende, inquit,  
huius Buceri fermentum Pharisaicum, qui agit  
Deo gratias, q̄ non sit sicut ceteri hominum,  
cui reuelatum sit, q̄ uerba Christi symbolice in  
telligenda sint, quod ex Paulo & Luca didicisse  
se contendit, cum omnino probatum sit euiden  
tissime contrarium. Vnde igitur o symbolice he  
retice induis personam &c. Vide tu hic lector fer  
mentum Episcopale. Ego gratias Deo ago, q̄  
ceri tam diligenter per Lucam & Paulum. Epi  
scopus uero mihi impingit, me gratias agere,  
q̄ non sim sicut ceteri hominī, & q̄ uerba Chri  
sti intelligenda sint symbolice, & contendere me  
id ex Paulo & Luca didicisse. Quale hoc fermen  
tum suierit: Phariseorum ne an proditorum &  
quadruplatorum:

DEFEN. DOCT. CHRIST.

Simile & illud est. In enarratione mea claudens disputationē de Eucharistia, illā quam cōtra eos solos institui, qui tum uidebantur Christum uel impanare, uel localiter in pane includere, subiçio exhortationem ad charitatem: cumq; il  
li solerent obiçere , ita deferendum dilectioni hominum, ne quid derogetur fidei, dilectionem oportere subsequi fidē, non fidēi praeire, Deum nō posse hominib⁹ posthaberi , ego obiectionē hanc occupaturus, scripsi: Nolo dilectionē qui dem fidei præponi, sed monere uolo, ne quis fidem habere se putet , cum uacuus est dilectione. Hac mea sententiola correpta , scribit Episcop⁹,

An fides si me cum imperio uelut à tribunali edictum pronunciare , & geminam ruçtare hæresim, q; fidē præpono charitati , & nego fidem haberi posse sine charitate. Ego uero non edico, sed concedo homines non esse sic diligēdos, ut in eorum gratiā prodas fidē. Id Episcopus sic torquet, quasi negem simpliciter charitatem præponendam a se fidei, id est, fide maiorem, eoq; Paulo contradicam . Quid uero est calumniari , si hoc non est? Nec em puto tā illiteratū istum Episcopū, ut sic π̄δαλογιζεται. Sed uidet iā effectū ut non sit fas nostra legere, quam summam iniquitatem firmare ipse maximopere studet: sibi ergo fidē habendā existimauit, quicquid in nos excogitasset.

De fide superius diximus , que certe si uiua est, sine dilectione nō est, & si natura sit dilectio ne pri

CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

ne prior. Prius em̄ oportet cognoscere Deum, quām ut diligere, uel ipsum, uel propter ipsum, proximos, ualeas. Maior tamē est, quia semper permanet, dilectio. Tametsi aut̄ hæc abesse non possit, ubi uiua fide huic inhæretur promissio- ni, qua per Christum promittitur adoptio in fili os Dei, potest tamen Deus, & id initio Christi anismi solebat etiā, ex reprobis aliquis ita adflare suo spiritu, ut promissioni edendi miracula cer- to credētes, in nomine Christi miracula patrent, & tamen ut uera & plena fide prædicti nō sint, ita nec dilectione. Huc respexit Paulus cū scrip- sit. Si fidem habeam ut montes transferam &c. Alioqui cum doceat nos fide iustificari & serua ri, non operibus, utiq̄ sic de fide iudicat, ut quæ absq; dilectione esse non possit. Sed cum Episco pus ipse agnoscat, fidem sine dilectione mortuā, ipse quoq; fatetur fidem sine dilectione esse non posse. Quod em̄ mortuū est, iam non existit, nec potest id dici simpliciter, quod erat, cū uiueret. Qui nō diligit, nō nouit Deum, nec est ex Deo, inquit Ioannes. ergo nec credit, nam qui credit habet uitam æternam. Ibi autem Episcopus su- am dialecticam prodidit. Paulus arguit defectū dilectionis in ijs, quibus tribuit fidem, ergo fi- des est sine dilectione. Nam si quis non perfecte diligit, hic est Episcopo absq; omni dilectione.

Sed quid opus multis: totus liber nihil quām calumniæ sunt & conuictia: Id autem ne bonis

DEFEN. DOCT. CHRISTI.

patefiat, ætatis nostræ proceres, & reipub. Christianæ moderatores grauissime hortatur, ne nos audire sustineāt, ne in ijs quidem, quæ alio/ qui uera esse uident, nisi antea facti ecclesiæ, hoc est ipsi & similibus Episcopis, supplices, probe mus quæ uolunt omnia, & postulantes errato/ rum ueniam, ipsorum nos mansuetudini, cuius tot sanctorum necibus cottidie inaudita exem/ pla ædunt, subiecerimus. Et si qui nos audien/ dos, atq; eò sautoris aliquid nobis præstandum putet, hos scribit uelle indui ueste ex lana linoq; contexta, arare in boue & asino, claudicare in duas partes, & pedem alterum extra ecclesiam tenere. Interim tamen prouocat nos, ut nostra probemus, & ipsius obiecta diluamus. Sic ho/ die Episcopi ea tenent, quæ de eorum officio D. Paulus tradidit.

His satisfactum abunde fuerit p̄ijs, ad omnes eas calumnias, quibus hic Episcopus, ea, q̄ defa/ cra eucharistia profitemur, quæq; in enarratio/ ne mea in Euangelistas scripsi, calumniari sibi p/ misit. Nam & si nonnullas prudens præterij, ni/ hil enim quām calumniari per omnem suum li/ bellum ille studuit, eæ tamen ex his quibus rel/ quas confutauimus, cuiuis id apparebunt, qd/ sunt. Finem ergo faciens, iudicium omniū per/ mitto Christianis.

Responsio  
ad concilia lat respondere ad conuidia, sed aliàs detinui te  
forsan

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

forsan æquo diutius .Satis sint ergo ista paucu<sup>l</sup> Responso  
la. Quæ conuiciatur & scurratur hic Episcopus, ad conuicia  
huc omnia pertinent, ut uel adimat nobis opi-  
nionem eruditionis & ingenij, uel notet arrogā-  
tiae & contemptus meliorum & doctiorum: uel  
deniq<sup>s</sup> infames reddat impiæ doctrinæ. Ad pri-  
mi ordinis conuicia, quibus quererit nos haberi,  
ut qui nihil nouerimus, nihil uideamus, sine mē-  
te simus, sine sensu, totifungi, stipites & saxa. Re-  
spondeo, nos sic animatos esse, ut existimemus  
tum nos fore beatos, cum dabit plene tandem di-  
scere, nos nihil scire, præter Christū, & hunc cru-  
cifixum: in huius aut cognitione & sciētia coti-  
die facere dignos nostra uocatione progressus.  
Ad conuicia secundi ordinis, qbus nos traducit  
ues an<sup>g</sup>e superbiæ, ut q<sup>uod</sup> præ nobis contemnamus  
omnes, & nobis ipsi omnem & eruditionem, &  
spiritum arrogemus, testamur nos, & si nunq<sup>s</sup>  
possimus nobis ipsis satis displicere, scientes ta-  
men & prudētes neminem contemnere, nobisq<sup>s</sup>  
præter unum hoc, quod dominus & nostri mi-  
serter est, deditq<sup>s</sup> uerbis suis habere qualēcumq<sup>s</sup>  
fidem, nihil sumere uel scientiæ, uel spiritus: sequi-  
tamen non possumus nisi ea, quæ constat esse ex  
sententia domini nostri Iesu Christi, qui nos si-  
bi ingenti precio redemit. Ad cōuicia impiæ do-  
ctrinæ hoc dicimus, quam sententiam sectamur  
de omni religione nostra: bona fide cum in hac  
Apologia, tum in alijs nostris qualibuscumq<sup>s</sup>  
libris

DEFEN. DOCT. CHRIST:

libris, exposuimus. ea legant & iudicent Christiani, habeantq; deinde nos, ut haberi nos existimabunt communi nostro domino & iudici Iesu Christo, ante cuius tribunal sibi omnes nos oportebit. Is nos cotidie magis exuat nobis ipsi, & induat se, cui sit gloria in omne æuum.

Hæc uisum est Reuerendissime Domine, in præsentiarum ad Abrincēsis certe atroces & immanes calumnias, respondere pro nobis, imo pro doctrina Christi, huius enim, non nostram defensionem profitemur. Ea tibi, regni illius, Christianissimi titulo præfulgentis, Cancellario offerimus, & ut illa cum ipse legere, tum quo sit & publice ea legendi potestas, efficere digneris, te per Christum dominū, cuius prolecto hic gloria agitur, oro & obsecro. Debes id, quod & intio monuimus, & ipse facile agnoscis, primum Christo Domino nostro & sponsō eius Ecclesię debes id regi & regno uestro: debes id deniq; nomini & functioni tuae. Cognosces certe hinc, cognoscent & quicunq; tecū ista legere sustinebūt, nos nihil praeter confessa uitia & abusus, qui in Ecclesiam per socordiā & peruersitatē Episcoporum irrepserūt, reijcere: & quicquid uel sacrae literae tradunt, uel etiam sancti Patres: quicquid deniq; uetus & purior Ecclesia obseruauit, hæc nos omnia summa religione amplectui, nec quicquam in hac uita potius ducere, quam ut sectari ea toto pectore instituant, quotquot Christo domino

## CONTRA ROB. EPIS. ABRIN.

mino nomen dederūt. Non ignoras quod iniquum foret, nullam adeo nostri, immo Christianę doctrinę, quam profitemur, admittere defensionem, & interim perpetuo conniuere ad hanc tantam improbitatem & inauditam crudelitatem, qua iste Episcopus & eius sortis ceteri, nos ut omnium bipedum sceleratissimos & impientissimos, & id non nisi puris putis medacis & calumnijs traducunt, produnt, & quantū in ipsis est, penitus euertunt, nos inquit, quod uobis religione fratres, & ciuii societate amici & confoederati sumus, & uel nomine habemur.

Cauillatur aduersarius de restituendo Ecclesiae suo in nos iure, deinceps confitendis & abnegandis erroribus, ueniaçps postulanda priusquam audiri nos conueniat. Sed uides de hoc ipso esse cōtrouersiam, utri Ecclesiæ sua iura uiolauerint, eius uel imperio subduxerint: utri deniq; erroribus se implicuerint. Nos, ut & antea testati sumus, Ecclesiæ Christi, & quicunq; hanc representare, eiusq; nomine agere, uel secundum pontificias leges possunt, nostra omnia & nos ipsos subiçimus, & addicimus, iudicandos, corrigendos, & si uidebitur etiam tollendos. Erroribus vero maleue sanis dogmatis, si prudentes affines sumus, R.T.D. hinc exstimet. Quicquid in nostris tam dogmatis, quod ritibus fuerit, quod non depromptū sit ex ipsis diuinis literis, & his, eo sensu intellectis, quem sanctorum patrum pbat

DEFEN. DOCT. CHRIST.

bat autoritas, id iam nobis omne damnatum,  
abnegatum, execrationiq; deuotum esto. Est no  
stratus adagio, non esse uerbum tam durum,  
quod se non patiatur dici: ita nullum crimē tam  
immane, quod non sustineat se intendi uel inno  
centissimis, ab istiusmodi duntaxat Episcopis.  
Sed quis innoxius, si satis sit accusari: Fac ergo,  
sicut pro officio, ira pro uirili tua portione, ut ali  
quando & defensio nostra in regno uestro legi  
possit, cum prostent illic passim tam innumeræ  
in nos, non legitimæ certe accusations, sed im  
probissimæ & malitiosissime calumniæ. Sed in  
manu Domini est cor tuū, & omniū, is quoq;  
efficit omnia in omnibus, hunc ergo orabim⁹,  
ut donet tibi cum in hac causa, tum in rebus om  
nibus, id instituere & perficere, quod cedat, ut in  
gloriam Domini nostri Christi Iesu, ita in rem  
primum Ecclesiæ Chrti, deinde & Regis, & reg  
ni uestri, quibus Dominus & sospitator noster  
ita indies augeat spiritum suum, ut uere ali  
quando prædarū illū titulū impleatis

A M E N.

DEFENSIONIS DOCTRINÆ

Christianæ, aduersus axiomam catho  
licū Roperti Episcopi Abrincensis,

FINIS

**E R R A T A Q U A B O R E P S E /**  
 runt, ubi singulas paginas, suis signa-  
 tis numeris, ita castigabis.

Pagina	Línea		
8	22 lege totus.	pro	toto
9	23 morbis quis		mortis
25	8 adiūge hēc. pfecto officij fuit studio se monere, quanti hoc publice negotiū habeatur.		
16	22 dirissime		durissime
20	1 ut cognosc,		cognoscat
22	10 cuertere		auertere
23	25 recepit		recepérít
26	16 dele, &c.		
33	18 in eo à		in eo scol
46	22 necessitas		necessitates
47	25 qualis qualis		qualis
ibidē	20 eluendi		eluendi
59	11 cultus		cultum
61	9 exulantes		exultantes
ibidē	ambiant		ambierint
63	22 sane argumento		sane monent
70	12 se in		sed in
ibidē	13 possint		possit
ibidē	29 primum		prēomium
91	17 quo deò		quo eo
135	5 demonstratum		demonstratiū

Argentorati per mathiam  
Apiarium.

**A N N O M D X X X I I I I ,**

